TOMASINI
PETRARC
REDIVIV

PATAVII
1601







Has suppl

See B.V. 878

86.—


IAC. PHILIPPI
TOMASINI
PETRARCHA
REDIVIVUS,
LAURA
COMITE.

IACOBI PHILIPPI TOMASINI PATAVINI EPISCOPI ÆMONIENSIS

PETRARCHA REDIVIVVS,

Integram Poetæ celeberrimi Vitam Iconibus ære cælatis exhibens.

Acceßit Nobilißimæ Feminæ

LAVRÆ


BREVIS HISTORIA.

Editio altera correcta & aucta.

Cui addita Poetæ Vita

PAVLO VERGERIO, ANONYMO, IANNOZZO MANETTO, LEONARDO ARETINO, ET LVDOVICO BECCADELLO Auctoribus.

Item, V. C. FORTVNII LICETI ad Epist. TOMASINI de Petrarchæ cognominis ortographia Responsum.



PATAVII, CIↃIↃCL.

Typis Pauli Frambotti Bibliopolæ.

Superiorum permissu.

Illuſtriſsimæ Dominæ
D. DEIDAMIÆ GAMBARÆ,
VIROLÆ TOPARCHÆ, SANGVINETI COMITI &c.
Natalium ac Virtutum ſplendore Nobiliſſimæ.



Etruſcæ lyræ principem, magnarum virtutum ſimulacrum, Eminentiſsimi Principis prudentiſsimique, inter Purpuratos Heroas dum fuit, Joannis Franciſci ex Comitibus Guidiis à Balneo auſpiciis Illuſtriſsimus Reuerendiſsimuſque D. Iacobus Philippus Tomaſinus Æmoniæ Præſul ſuffragante fama æternitati ſacrauit. Auidis eruditorum votis exceptus ne tandem poſteritati deficeret, iterata quod fieri ſolet cura ornatiorem auctioremq; meis pridem operis humaniſsimè commiſit: cuius voluntati ea fide eaque diligentia me accommodaui, ut vates ille plane rediuiuus LAVRA *præclaræ virtutis comite in ampliſsimo uniuerſi theatro inuidiæ ſecurus compareat. Nec inani ſpe tuo, Illuſtriſsima Domina, id factum credit is nomine: quæ ingenio ſupra ſexum nullo non doctrinæ genere ſingulariter exculto natalium ſplendorem domeſticis exemplis protuliſti. Nota eſt ab omni memoria literis armisq; Italiæ clara gens tua magno Brixiæ ornamento:*

in

in qua tot purpurati Ecclesiæ Principes, tot militiæ Præfecti apud Summos Pontifices Augustissimosque Imperatores magna prudentiæ Virtutisq; laude effulserunt. MAXIMILIANVM *Imperatorem bonorum ingeniorum æstimatorem optimum Ioanni Francisco Latine ac Græce docto varia imperii negotia credidiße, constans fama est. Inuictissimo etiam Cæsari* CAROLO V. *strenuam è multis operam præstitit Brunorus vir fortißimus, non minus ingenii libertate quam fide felicissimo Principi adeo gratus, ut honore pæne inuidendo peruetustæ insignia domus Aquila ampliarit. Vbertus vero frater posito armorum studio sacra purpura splendidus maxima* PAVLI III. *Pontificis momenta secundo euentu sustinuit. Nec sorori Veronicæ parem inuidit natura gloriam, qua Gisberti VIII. Corregii Principis coniugio illustris præclara ingenii monumenta memoriæ reliquit. Omitto reliquam auitæ stirpis propaginem, si unam commemorauerim magnanimi Patris tui Comitis Annibalis erga Serenissimam Rempublicam Venetam studii alacritatem, quam nostra ætate in iuuanda lectissimis cohortibus patria impendio vitæque discrimine luculenter declarauit. Huic Franciscus germanus frater summis animi dotibus nihil dissimilis,* FERDINANDI SECVNDI *Augustißimi Imperatoris, primum ad Magnum Hetruriæ, deinde ad Serenissimum Mantuæ Duces Legatus, mox peractis eiusdem Imperatoris iussu apud Summum Pontificem Vrbanum VIII. summa dexteritate magni momenti negotiis, ingenti Cæsaris liberalitate, muneris pari fide, atq; splendore gesti præmium, non vulgares imperii ditiones obtinuit. Et quæ non relucent in Te insignes Veronicæ dotes? Incredibilem nempe literarum amorem*

sum-

ſumma cum pietate coniunctum deprædicant eruditi, mirantur ceteri, quæ Domicillæ Martinengæ matris prudentiſsimæ diligentia candidum pectus tam varia humanarum diuinarumque diſciplinarum ſcientia excoluiſti, ut honeſtisſimum Petrarchæ Lauræque nexum non minus æſtimare poſsis, quam tueri. Quæ tua vero in omnes comitas eſt, Muſeo tuo leue hoc obſequii argumentum inſeri patiaris ab eo, qui proſpera quælibet ex voto apprecatus generoſæ familiæ tuæ deuinctisſimum ſe clientem profitetur. Patauii Cal. Ian. Anni Secularis.

Paulus Frambottus.

LECTORI BENEVOLO.



Mnibus placere cum ſemper arduum fuerit, tum hoc potiſſimum ſeculo, quo vel ob ingeniorum ſagacitatem, vel ob cenſuræ licentiam,

Et pueri naſum Rhinocerotis habent:

ne meum etiam inſtitutum præter votum à multis ſiniſtre accipiatur; breuiter monendus de iis Lector, quæ impetratura videntur iudicii fauorem. Ea nempè unica potiſſimum me permnuit cauſa, ut hunc qualemcumq; laborem fidentius adirem, ad quem inuitauit me probata hactenus plurimorum benignitas, qua ingenii mei tentamenta antehac fuerunt excepta, iamque inchoatum opus crebris aliorum exhortationibus monitiſq; in hanc faciem redactum. Nec profectò aliud poſtulabat PETRARCHAE eximia Virtus, quam ſingulari prodidit indole, ſummoque decorauit ingenio. Cuius Vitam ſi verum boni viri ſpeculum dixerim, nihil fortaſſis arrogantius dixerim. Sed neque aliter mecum ſtatuet ſpero, qui ſummam eius conſtantiam in arduo Virtutis & Muſarum ſtudio intente fuerit contemplatus, qui ad utriuſque fortunæ impetus inſignem animi moderationem penitius expenderit, qui veram mentis pietatem intimius perſpexerit, cæteraſque Summi Viri dotes; quas poſt exquiſitam multorum diligentiam rudi penicillo mihi exprimere placuit, ne fuco ſincerum illud pectus contaminarem, neue adſcita ſermonis pompa narrationis veritatem in fictionis ſuſpicionem ducerem. Ea verò ut ſimpliciſſima, ſic aliena eſſe debuit ab Elogii ſpecie, quod iam ab omni ætate debebatur ei, quem nemo non hactenus miris laudibus extulit. Ideoque eam non ſolum per Species, ſed minutiſſimè per Tempora quoque deduxi, Poetæ ipſius, quantum licuit, verbis munitam:

nitam: quæ tametſi bona fide paſſim inſerta, nonnullis tamen temporum vetuſtate corruptis ex ingenio medelam adhibui. Cætera, præter ea quæ iam noti omnibus Poetæ interpretes dederunt, à Viris Eruditis & Amicis undique conquiſita, ſuo cuique loco ingenua profeſſione reddenda cenſui. Eorum ſanè prolixa adeo in me fuit humanitas, ut exinde operis moles præter ſententiam creuerit: cuius faſtidium varietate, ad legentis ingenium & argumenti genium neceſſaria, temperatum arbitror. Quin ipſorum, eam expertum me fateor ſollicitudinem, ut operi iam confecto Auctarium acceſſerit. Cuius tenuitatem etſi facile agnoſcerem, hoc interea ſpecimen Amicorum expectationi diutius protrahere nolui; quorum ſymbolis auctius aliquando, & cultius mitiorem forſan eruditorum cenſuram ſubiturum ſperabam: quod ſecundis hiſce curis de LAVRAE natalibus præcipue contigit. Quanquam nec ego hæc ad famam, ſed aliorum potius obſequium, quibus inter publicas occupationes qualicunq; ſtudio animum ac voluntatem priuatim præbere debui. Tuum erit, Benigne Lector, hæc quo emittuntur candore interpretari, ut honeſtis conatibus in poſterum vires addas.

 LAV-

LAVRENTIVS
PIGNORIVS

IACOBO PHILIPPO TOMASINO
Canonico S. Mariæ in Vantio, & Cœnobiarchæ, Viro admodum Reuerendo.



Imirum debebunt tibi æternum, mi TOMASINE, tum exteri, tum Patauini noſtri, cum & calamo Tu, & per te viriculo nobilis calcographus Hieronymus Dauid, expreſſeritis ambo Illuſtrium Virorum qua facies, qua mores. Nobile ſanè inuentum, cuius auctorem ſtatuit Plinius doctiſſimum, quem appellant, Togatorum M. Terentium Varronem, Lib XXXV. Cap. II. illis verbis. *Imaginum amorem flagraſſe quondam teſtes ſunt, & Atticus ille Ciceronis edito de his volumine, & M. Varro benigniſſimo inuento, inſertis voluminum ſuorum fœcunditati non nominibus tantum ſeptingentorum Illuſtrium, ſed & aliquo modo Imaginibus, &c.* quò (ut hoc etiam obiter notem) videntur pertingere Libri, quos Hebdomades, vel de Imaginibus laudat Gellius Lib. III. c. X. & XII. At quanto benignius inuentum hoc tuum? in quo non nomina tantum, neque imagines aliquo modo, ſed & nomina, & acta, & virtutum ſpecimina, & oris lineamenta proponuntur orbi uniuerſo ſpectanda. Macte Virtute Vir Reuerende, per quem factum eſt, ut non ſolum pictoris artificio delectemur, ſed etiam commemoratione hominum præclarorum, & cognitione formarum. Neque verò labori iſti tuo non erit ſua repoſita laus, & conſtituta utilitas. Habent enim

Vi-

Virorum Clarorum vultus eam vim, ut excitent ad obeunda præclara facinora. De se hoc testatur Vir Clarissimus, & qui literas Græcas primus illustrare conatus est, Leonardus Aretinus, in Commentario M S. quem penes me habeo. *Ego quoque licet puer ab illa manu exulum captus, in Castellum Quaratæ (nam id quoque exules tenebant) adductus sum, & quia puer eram, non cum aliis captiuis, sed in honestiore quodam carceris cubiculo asseruabar. erat autem in ipso cubiculo picta Francisci Petrachæ imago, quam ego quotidie aspiciens incredibili ardore studiorum eius incendebar.* Hæc ille. Tu Petrarcham tuum adornare perge, ut habeant nostri Adolescentes penè domesticum monitorem, qui illos excitet ad præclara quæque capessenda. Habemus enim nos in Collibus suburbanis, (quod pulcherrima Vrbium Florentia nobis inuideat,) ossa & cineres illius Viri, ad cuius tumulum confluunt turmatim ex ultima usque Europa examina Apum Philologicarum, studiosi Adolescentes. Tu interim

Cui cura Deos, secretaque Cœli
Nosse fuit, quem non stellarum Aegyptia Memphis
Aequarit visu, numerisque mouentibus astra,

dispice quæso, quidnam causæ fuerit, quod & Petrarcha & Dantes, uterque Patria caruerit, ut inuidiosè etiam conqueritur Gabriel Simeonius, ille veterum monumentorum peregrinus indagator. Vale.

Domi. Die XVII. Nouembris, quo Patauium nostrum è domestico Plaustro Hadriaco Tridente deturbatum conquieuit in sinu (ò fuerit æternum!) Venetæ libertatis M. DC. XXIX. Bellona & Libitina inuicem funera procurantibus.

AD AVTOREM.

DEcora nympha, præſcius Daphnes ſuæ
 Cui Cynthius nomen dedit,
Idea vatis incliti, quam candidus
 Amauit & fleuit ſimul,
Pectus pudicum, certa quod penitè Fides
 Inſedit, & triplex Charis.
Ecquid Poetæ diua non debes tuo
 Cuius beata munere
Calcas velocis horridas æui minas,
 Letheſque torpidum chaos?
Sed Tu venuſte carminis Tuſci parens,
 Ocelle Muſarum vigil,
Pincerna meri nectaris Permeſſidos,
 Quod Hippocrene ſuggerit,
Amata nomen Laura ſi cedit Tibi,
 Si vinnuliſque verſibus,
Quas Tomasino gratias reddes tuo,
 Pollente cuius alite
Subuectus, & felicis ingeni rotis
 Virum per ora duceris?
Illi omne punctum rurſus acceptum refers,
 Vitamque cum fama trahis.

Amoris ergò feſtinabat
Io. Veslingius Mindanus, Eques,
Anat. & Chir. Prof. Ord.
Patauii An. CIↃIↃCXXXV.

AD

AD EVNDEM.

CVi Patriam inuidit variæ diſcordia gentis,
Vixque pepercerunt Arnus & ipſa Thetis,
Excepit puerum, nutriuit GALLIA Muſis,
Et cultum Latio reddidit ore virum.
Ille renaſcentem Romæ Tuſciſque nitorem
Attulit: Exilii fructus utrinque fuit.
I Sors, ſparge minas claris inimica Poetis:
Ingenio ſupereſt ecce PETRARCHA ſuo!
Dum triplici Lauro caſti nectuntur amores,
Stat tibi perpetuum Carmine, LAVRA, decus.
Imber edax tumulum longo licet atterat æuo,
In chartis Vates his rediuiuus erit.

Obſeruantiæ ſymbolam
deproperabat
IO. RHODIVS.

INDEX CAPITVM.

Fran-



FRANCISCVS PETRARCHA FLOR.
PHILOSOPHVS POETA ET ORATOR.

FRANCISCI PETRARCHÆ VITA.

PRÆLOQVIVM.



ELINEATA utcunque valuimus T. LIVII Patauini Vita, gradum facimus ad illustrandã FRANCISCI PETRARCHAE memoriam, nominis illius splendore meritò prouocati. Nec sanè mihi quicquam carius fuit, quàm post Historici Principis monumenta PETRARCHAE Poetarum & Oratorum æui sui Phœnicis gloriam propagare. Ille aureo Augusti seculo literarum decus: hic ferreo Poetarum propemodum extinctorum olor. Exstant Patauij eiusdem insignia pleraq; Monumenta: extat etiam Bibliotheca, quam ipsemet Ecclesiæ Cathedrali dono tradidit; nec paucæ Inscriptiones. Visitur & Arquadæ sepulchrum eius marmoreũ cum effigie ænea, Domusque studiorum illius conscia, non secus ac illa Neronis aurea, celebranda. Quam vt Exteri, vel ab vltimis terrarum Orbis partibus Lyceum nostrum adeuntes, maiori fructu lustrent, dum præclarissima quæque Vrbis & Agri Patauini Monumenta studiosè conquirunt, spectandam hoc in Opere dabimus uniuersis. Interea gemina, curiose Lector, in ipso operis limine fruere FRANCISCI PETRARCHAE Effigie, quã Tibi exhibemus, qua licuit solertia è vetustis tabellis expressam. Diuersam quidem, sed tempore, non sculptoris arbitrio. Primam debeo humanitati *Leonis Allatij* Viri Cl. nostro

æuo ad iuuandas literas, ad dignitatem, & gloriam, ad summa omnia, atque in primis Eminentissimi Cardinalis BISCIAE maximi Musarum Fautoris patrocinium nati, quæ olim apud ASCANIVM Columnam S. R. E. Cardinalem è viuo FRANCISCO PETRARCHAE iam tum iuuenis vultu delineata, cucullo rubro laurea fronde insignito spectabatur. Alteram prouectioris, è Bibliothecæ Vaticanæ Petrarchæ Poemate in membranis Ann. M. D. XVI. Manuscripto in 4. numero *3198.* depromptam, benignè mecum cõmunicauit Vir Nobilissimus, eximiusque literarũ cultor *Cassianus à Puteo* Eques Anno *1630.* Die XXXI. Ianuarij. Quam cucullo rubro parte interiori, qua frontẽ tegit, coloris impluuiati seu fuliginei, subiecta tunica violacea elegãtissimè inibi depictã addidit. Iconũ quidẽ harũ diuersitatẽ nõnulli submonuerũt. Quæ etiãsi primo intuitu aliqua videtur; Si quis tamẽ posteriorẽ cũ numismate à nobis *cap.* 24. exhibito diligenter conferat, ea admodum erit exigua, & quæ Pictorum licentiæ ascribi poterit. Quin & huic non dissimilis est in vetustissima tabula apud Nobiliss. Virum Hieronymum Gualdum Petrarchæ effigies scitè depicta cum hac subscriptione: FRANCISCVS PETRARCHA LAVREATVS. Nec sanè vllus fermè Italiæ locus Musis dicatus, qui viuum Petrarchæ simulacrum non contineat. Sed & Vtini cum Viri illustres Cinus I.C. Petrarcha, Boccacius, Guidus Caualcante Patriarcham Aquileiensem visitarent ab eo benigne excepti, maiori in illos studio in sacello D. Nicolai propè Cathedralem depingi curauit. Cinus iudicis loco, Petrarcha, qui mira elegãtia suos amores descripserat, cũ altero ad dextram scribæ officio fungitur; extra septa pro rustico Boccacium poni curauit, qui contra religiosos, atque adeo amicos agrestis fuit. Hebręum vero Guidus Caualcante referebat, vt sub homine Florentino fœneratores eius vrbis ciues notarentur; PanciroIo auctore lib. 2. de cl. Legum Interpretibus. Nunc Deo auspice in eius VITAM primis coloribus adumbrandam calamum ducemus.

POE-

POETÆ

PATRIA, NATALES, PARENTES,

Cap. I.

FRANCISCVS PETRARCHA Phœbi nectar, Musarum corculum, priscæ eruditionis decus, literarum delicium, omnium seculorum memoria dignus, varijs fortunæ casibus perpetuò agitatus, sub hoc tandem nostro Patauino cælo in huius Vrbis perennitatem quieuit. Heic veluti in portu otio literario indulsit, tranquillam heic senectam egit. Nimirum ex amplissimo Canonicorum Maioris Ecclesiæ Collegio fuit, & albo Patauinorum Ciuium ascriptus ob merita, quæ dum mecum ipse reputo, & in eius Virtutes ac Mores illibatos attentus inquiro, facere minimè possum, quin totus in eius radios defixus obstupescam. Occurrit eius mihi *Patria* primo loco, & *Soli Natalis* splendor. Non enim Florentiæ, sed Aretij ex præclaris vtique parentibus, Petrarcha Parenzo, & Brigida (vel vt alijs placet) Leta ex Canigiana Familia natus Anno CIƆ.CCC IIII. Die Lunæ XIII. Calendis Augusti seu vigesimo Iulij, quo primum tempore

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

Etsi vero Natalis hic dies non solùm aliorum, sed fida quoque ipsius Poetæ, relatione satis sit certus: non parum tamē heic difficultates initio mihi iniecit eiusdem ad Posteritatem de origine, vita, conuersatione, & studiorum suorum successu Epistola cum reliquis operibus Venetijs Anno 1501. vulgata, in qua refertur ille *Aretij in exilio natus Anno* 1304. *die Lunæ ad auroram Calendis Augusti*: astipulantibus in vita Petrarchæ Antonio Tempo Iudice Patauino, & Siluano Venafro

Interprete Poëmatum Petrarchæ. Neque aliter hanc Epistolam editio Basiliensis typis Sebastiani Hërici Petri emissa Anno 1554. totidem verbis exhibet. Ac tantum hæc aliquamdiu valuit apud multos opinio, vt eam quoque publico Petrarchæ Elogio sub ipsius effigie Patauij in Aula Præfecturæ vulgo Gigantea descripto hisce verbis propagari libuerit.

FRANCISCVS PETRARCHA FLORENTINVS NATVS EST ANNO CIↃ. CCC. IIII. PRIMA AVGVSTI, &c.

Verùm, si vnus hic Petrarchæ textus ad alios ipsius perscriptis literis æqua lance expendatur, leuior certè hic deprehendetur error, quam qui Historicis vlterius crucem figere valeat. Quid enim hisce libri octaui Epistola prima ad Boccacium Ticini ad Auroram XIII. Calendis Augusti perscripta apertius? *Scito enim, & sciant, si qui erunt, qui tam humilem, non fastidiant originem scire, me Anno ætatis huius vltimæ, quæ ab illo, qui hanc mihi spem tribuit* IESV CHRISTO, *& initium traxit, & nomen Millesimo trecentesimo quarto, Die Lunæ vigesima Iulij illucescente cōmodùm aurora, in Aretina Vrbe, in Vico, qui Hortus dicitur, natum esse. Quæ dies apud nostros publica & insignis est nota, ea scilicet quod exules nostri, qui se Aretium, Bononiamque contulerant, hinc illinc contractis in vnum exercitibus, armati die illa, & ipsa fermè qua nascebar hora, antequam sol iugis montium erumperet, ad portas primæ venerunt, si qua fors fauisset, ferro exilium vlturi, isque aduentus, etsi inefficax fuerit, quia tam magnis motibus, & ingenti omnia terrore concusserat, nescio quidem, an adhuc est memoria hostium elapsus, sed vsque ad hos proximos annos, vulgò percelebris fuit. Hæc eadem hodie & Lunæ dies, & vigesimus est Iulij, Annus qui tunc erat quartus, nunc sextus & sexagesimus est.* Epistola etiam octaua eiusdem libri ad eundem Boccacium hunc diem ipsum sibi Natalem trãsijsse lætatur. Hunc autem diem Iulij fuisse vigesimum D. Margaritæ sacrum, & Florentinorum de Gebellinis victoria clarum, auctores sunt omni fide maiores Villanus Historiæ Florentinæ lib. VIII. Cap. 72. & Scipio Ammiratus lib. 4. pag. 171. Verisimile igitur non Auctoris negligentia, sed librariorum

riorum festinatione in Epistola ad Posteritatẽ numerum XIII fuisse omissum. Quin Papinius Massonus in Vita Petrarchæ Lutetiæ 1587 impressa pag. 12. ex Epistola ad Posteritatem signatè nominat XIII. Calendas Augusti. Vetus quoque, vt suis Eruditiss. DD. *Iosephus Maria Suaresius* Episcopus Vasonus me monuit literis, in Eminentissimi Cardinalis FRANCISCI BARBERINI Bibliotheca Vitæ Petrarchæ Scriptor, sed Boccacio Iunior, vigesimum Iulij diem Poetę Natalem constituit: quamuis & ibidẽ antiquus alter Calendas Augusti approbet. Nec sanè alius diei Lunæ vbique, etiam in Epistola ad Posteritatem, expressæ conueniebat numerus, quàm Iulij vigesimus, si omnes diligenter euoluerimus Ephemerides, quæ Augusti Calendas eius Anni 1304 Saturno siue Sabbatho assignant. Verissima igitur atq; eruditis probata hæc firmo talo stet sententia, quam Cardanus & Lucas Gauricus Episcopus Geophonensis Astrologiæ Antistites suæ prædictionis primum posuere fundamentum. Quorum quidem fides si forte nonnullis in minima inquirentibus poterit esse suspecta, ea certe Hieronymo Squarciafico, Alexandro Vellutello, Io. Baptistæ Gesualdo, alijsque Petrarchæ expositoribus neutiquam detrahenda. Cæterùm, ne & hi Patriæ studio affectui plusculum dedisse videantur, audiamus cisalpinum Vossium Historiæ veritatis vbique sectatorem Eruditi de Historicis Lat. Commẽtarij lib. III. cap. I. de hoc nostro ita disserentem: *Tantus Vir circa Ancisam seu Incisam Florentini Agri vicum patre Florentino exule natus fuit* XIII.*Kal. Sextilis Anno* 1304. *non Anno* CIↃ.CCC. XL. *vt ineptè editum est apud Gualterum Burlæum libro de Vitis Philosophorum. Etsi is profectò error Burleo verti vitio nequit, qui ipse seculo ante id tempus floruit, ac Petrarchæ æqualis fuit. At claruit Petrarcha Anno* 1340 *& proximis Annis* XXXV. Egregium sanè Viri eruditissimi iudicium, in quo tamen, salua ipsius auctoritate, hoc vnum desiderari posse videtur, quod Ancisam Poetæ patriam tradiderit, haud dubiè fama hac ab alijs Scriptoribus accepta, quibus ille fisus dum per grauiores literarum occu-

pationes ad alios Auctores non potuit diuertere. Notum enim Ancisam Oppidum Florentia XIII duntaxat milliaribus dissitum: Vbi eius parentibus in exilium missis morari minimè licuit. Partium enim aduersarum odio coacti sunt extorres à patrijs laribus longiùs amoti

Diuersa exilia & diuersas quærere terras.

Parentes itaque ipsius cum alijs Aretij exilij sedem sibi delegerunt. Quo in loco ipsemet Poeta in Epistolis ad Boccaciũ & ad Posteritatem se ortum prodidit. Hoc ipsum testatur Domus, quæ Diuino Vati incunabula præbuit, maximo aduenarum concursu celebris, cuius meminit Squarciaficus perhibẽs decreto publico vetitum fuisse ne ædium Patronus antiquam speciem immutaret aut ampliaret, quemadmodum testatur Poeta ipse rerum Senilium Lib. 13. Epist. ad Ioannem Aretinum. Quibus hoc quidem accessit venerationis, quod Petrarchæ cognomen meruerint. Sententiæ nostræ vt probatiori fidem astruit, quod memoria accepimus Petrarchæ aliquando Aretium accedenti uniuersam ciuitatem solemniter occurrisse. Quod cæteroquin honoris, nulli præterquam Principi aut Ciui de patria singulariter merito ea ætate exhiberi solebat. Eius porrò Parentibus exilium peperere diuersa, quę tum vigebant, factionum studia. Dum enim Florentina Respublica tunc temporis intestinis seditionibus acriter iactaretur, ciuesque inuicem dimicantes duas illam secuissent in partes, quarum altera Alborum, Nigrorum altera dicebatur, cœpere in peius omnia, ac retro sublapsa ferri. Ea de re Nigri qui diutiùs exularant inopinato aduentu dominio Reipublicę potiti, aduersæ partis potentiam contundere, totisque labefactare viribus sunt enixi. Sic Albis deiectis partim, partim ab Vrbe proscriptis, eorumdem bona fisco deuoluta protinus venundabantur. Alborum fortunam tunc sequebatur Petrarcha Parentius clarissimus Reformationum scriba, qui cum sæuientem inimicorum rabiem ferre non posset, vna cum vxore Brigida Canigiana potius cognomine fortassis quam nomine Le-

ta

ta Aretium se recepit, ibique auctus est filio, qui de Patris nomine, *Petrarchæ* cognomen accepit. *Franciscus* enim *Petrarchæ* filius initio dictus vulgo Checco, vt in eius vitæ auctor est Leonardus Aretinus, mox FRANCISCVS PETRARCHA nominatus est passim. Nomen sanè ex omine, propter singularem Poetæ isto sæculo eruditionem. PETRARCHA enim Arabibus est *Patriarcha*, quemadmodum me docuit Cl. Vir D. Ioannes Veslingius Eques Hierosolymitanus, & Anatomiæ atq; Pharmaciæ in Patauino Gymnasio Professor eximius, qui in Aegypto Illustrissimorũ D.D. Aloysij Cornelij & Ioan. Donati Consulum Venetorum quinquennium Medicus linguas variè excoluit. Alij quidem vernaculo ermone appellatum ferunt Petrarcho di Parenzo; nonnulli Petrarcho: scriptor vitæ Petrarchæ latinus, quem forsan non iniuria Xicchonem Polentonem alibi diximus, Patrem Petrum Petraconem nominat, vt in vtroque deprehendi Manuscripto. Et certè Leonardus Aretinus narrat, quod ipsius Pater fuerit Petrarcho, Parenzij verò nomen Auo tribuit. Plurimos autem etiam nostra ætate Aui ac Parentis nomen præferre non vsque nouum est. Hac ipsa ætate Paula Canigiana Thadeo Barberino Marito filium tulit Mapheum, à quo primum nomen traxit Vrbanus VIII. Sum. Pontifex Poetarum nostri æui Princeps: ut nullum sit dubium quin Petrarcha nobilissimæ Familiæ Barberinorum iure sanguinis fuerit coniũctus. Sed enim ea fati vis erat, ut idẽ exilij paterni calamitates pateretur, necdum in lucem editus. Parum quoque abfuit, quin Mater eius grauissimis partus doloribus afflictata concidisset, ipsomet Petrarcha teste, ut non obstreticũ modò, sed & Medicorum iudicio diu exanimis haberetur. Fratrem habuit Gherardum, qui in religiosam Carthusianorum familiam secessit, ibique in Cœnobio Materino propè Massiliam honorificè vixit; vt ex Petrarchæ scriptis passim constat. Neque vllos preterea; multo minus sorores. Vt vel hinc demirari subeat Squarciaficum in Philelphi, nescio quod, de Poetæ Sorore commen-

mentum adeo fuisse facilem. Insignia ipsius gentilitia trabe sub stella nituisse memorat Gauges de Gozze de Insignibus familiarum.



Hic Poetæ nostri Ortus, hi Parentes, quos dum vigent literæ, nulla si libet mortalium memoria.

CONSTITVTIO CORPORIS, ET MORES ANIMI.
Cap. II.



COELITVS & felici planè constitutione siderum PETRARCHA temperamentum optimum sortitus est. Affulsit illi nempe Sol, quem vehebat Leo in Oriente positus, à quo pulchritudinem eximiam hausit: ob idque statura mediocris, aut paulò superior, plena facie, rotundis membris, & in senectute ad crassitudinem vergentibus, viuacibus oculis fuit, è quibus, ut de Augusto Suetonius, emicarent radij quidam eximiæ maiestatis ac vigoris, qui præstans illius ingenium, singularem ac propè diuinam sapiētiam, omnibus aperirent. De quo quidē Thomas de Garbo Medicus subtilissimus iuramento affirmauit, se nō vidisse corpus magis sanum aut melioris constitutionis. Ad peregrinationes etiam paratum finxit Mercurius in signo igneo, igneaque mente præditum & cælesti. Audiatur ipse sua in Epistola ea de re scribens: *Corpus iuueni, non magnarum virium, sed multæ dexteritatis obtigerat: forma non glorior excellenti, sed quæ placere viridioribus annis posset, colore viuido inter candidum, & nigrum,*

grum, viuacibus oculis, & viſu per longum tempus acerrimo, qui præter ſpem ſupra ſexageſimum ætatis annum me deſtituit, vt indignanti mihi ad ocularium confugiendum eſſet auxilium: tota ætate ſaniſsimum corpus ſenectus inuaſit, & ſolita morborum acie circumuenit. Oris eius Maieſtatem Squarzaficus etiam ſic expreſſit in eiuſdem Vita: *Erat facie pulcra, & eleganti, oculi viuaces, vt coruſcantes ſcintillæ, intuitus ſapientiæ plenus, quo vigor repreſentabatur & grauitas.* & paulo inferius. *Fuit Venerabilis in aſpectu, & maieſtas quædam inerat, vt ipſum videntes induceret, etiam qui eum non cognoſcerent ſolo tamen viſu reuerendum & ſapientiſſimum iudicarent.* Quod exemplo quoque facili comprobari poteſt. Scribit enim Ioſephus Briuius Mediolanenſis in ſuo neſcio quo Panegyrico, quod cum PETRARCHA *ſemel eſſet Mediolani in aula Dominorum Vicecomitum, inter multos purpuratos & nobiles Viros, Galeacium, qui tunc Dominus erat, impoſuiſſe filio, qui primus poſtea Dux Mediolani fuit, adhuc puero, vt ſapientiorem de aſtantibus oſtenderet. Puellum oculis hinc inde volutis* FRANCISCVM *adiuiſſe & manu apprehendiſſe & patri cum omnium admiratione monſtraſſe. Quid ab hominibus?* (exclamat ſubinde Briuius) *cum à pueris eius cognoſceretur aſpectus?* Subiicit his idem Auctor Petrarchæ mores, & vltra progreditur in hæc verba: *Conuerſatio eius honeſta & iucunda omnibus extitit, ut nullus mœſtus ab eo diſcederet. Oculi non deformes, ſed viuaces. Viſus adeo firmus & acer, vt ſexagenarius literas etiā minutiſſimas legeret, nullo vitreorum oculis præſidio. Corpus habuit dexterrimum vſque ad ſenectutem, qua pingueſcere cœpit. In fine apoplectico morbo plurimum torquebatur.* Memoria dignum eſt, non leui prudentiæ argumento, quod Poeta Epiſt. I. lib. VIII. Senil. vt fatetur ipſe, iuuenilibus annis incanuerit: *propterea canities, quæ neſcio vnde iam inde ab annis tenerioribus caput adoleſcentis inuaſerat, rara licet, quæ cum prima veniens lanugine albicanti vertice verendum neſcio quid haberet, vt quidam dixere, & teneri adhuc oris habitum honeſtaret mihi, tam eatenus iniucunda, quod ea ſaltem in parte iuuenili, quo gaudebam, aduerſaretur aſpectui.* Quid his immoror? Fuere mores eius niuei, liberi,

beri, suaues adeo, nihil vt iis exposci candidius, liberalius, suauius posset. Maiores ille venerari, pares dulci comitate complecti, obsequium Principibus vltro præbere, suauiter omnia peragere, Amicorum necessitudinibus ingenua quadã alacritate occurrere, in aulis Principum sui amorem omnibus instillare. Procul aberat ab omni fastu, sensit superbiam in aliis, non in se, & cum paruus fuerit, semper minor iudicio suo fuit, vt ipsissimis eius verbis hic vtar, silentii ac solitudinis præcipuus cultor, diuitiarum contemptor eximius, non quod illas non cuperet, vt cæteri, sed quod curas & labores, quibus illæ parantur, odisset maximè. Quamobrem cum ijs abũdare plurimum posset, ijs contentus fuit, quas satis sibi fore duxit. Norat enim vera illa esse Claudiani:

Ipsa quidem Virtus pretium sibi solaque latè
Fortunæ secura nitet, nec fascibus vllis
Erigitur, plausuue petit clarescere vulgi.
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis,
Diuitiis animosa suis, immotaque cunctis
Casibus, ex alta mortalia despicit arce.

Tenui quoque victu, & vulgaribus cibis vitam egit lætius, quã cum exquisitissimis dapibus omnes Apicij successores. Habebat potissimum in deliciis arborum fructus, ob idque maximè vt igniculos libidinis extingueret quoad eius posset. Scribit ille scilicet de seipso. *Amore acerrimo, sed vnico, & honesto in adolescentia laboraui, & diutius laborassem, nisi iam tepescentem ignem mors acerba, sed vtilis extinxisset. Libidinum me prorsus expertem dicere posse, optarem quidem, sed si dicam mentiar. Hoc securè dixerim, me quamquam feruore ætatis, & complexionibus ad id raptum, vilitatem illam tamen semper animo execratum. Mox verò ad quadragesimum annum appropinquans, dum adhuc, & caloris satis esset, & virium, non solum factum illud obscœnum, sed eius memoriam omnem sic abieci, quasi nunquam fœminam aspexissem, quod inter primas felicitates meas memoro, Deo gratias agens, qui me adhuc integrum & vigentem tam vili & mihi semper odioso seruitio liberauit.*

rauit. Hæc ille, & nos alibi alia, vbi de amore eiusdem erga LAVRAM differemus. Cæterùm vt reliquos mores eius adumbrem. Magni vir animi & cõstantis fuit: nihil ille trepidare, timere nihil: aduersus omnes casus hilari & erecta fronte obuiam ire. Ad amicitias propensus, amicorum multitudine lętabatur. Religionis ac pietatis studio vitam cum primis cælibem adamauit, Honorem etiam, & Gloriam, atque adeo libertatem ipsam, sic prorsus, impatiens seruitutis, vt multos etiam eornm, quos valdè diligeret, effugerit, *tantusque illi inerat* (vt ipsemet scribit) *Libertatis amor, vt cuius vel nomen ipsum libertati vel eße illi contrarium videretur, omni studio declinaret.* Attamen non ita libertatis fuit studiosus, quin boni publici causa Principibus suam probarit operam, licet tempore perexiguo, quod totum ipse septimestri circumscripsit. Vnum nempe mensem hibernum dedit stabiliendæ inter Venetos & Genuenses paci; tres æstiuos in Germania pro concilianda vnione inter Vicecomitem & Carolum IV. Imperatorem; totidem hibernos in Gallia tribuit gratulando Regi Ioanni è custodia demisso à Rege Britanniæ. Hos ille mores ex optima corporis constitutione nactus est, quos postea varia scientiarum notitia, summo studio, iugique labore partis, excoluit, & perfecit.

EDVCATIO, ET STVDIA.
Cap. III.



ATVS Aretii PETRARCHA septem inibi mensium spatio fuit. Amicorum enim Nobilium precibus reuocata ab exilio Mater cum filio rus paternũ adiit, cui Ancisa nomen in agro Florentino ad XIIII. ab Vrbe lapidem sita. Eius mihi rei testis ipsemet Petrarcha, qui clarè; *Primum*, inquit, *illum vitæ annum, nequè integrum Aretii egi, vbi in lucem Natura me protulerat, sex se-*

quentes

quentes Ancisæ paterno in rure; supra Florentiam quatuordecim passuum millibus reuocata ab exilio genitrice. Hic ille primam solitudinis auram hausit, qua semper delectatus est. Mirum dictu. In ciuitate ortus, rus adducitur. Inter aulas Sacrorum Antistitum Auinione cultus, Vallis Clausæ recessibus sese abdit. Mactus demum honoribus, totique terrarum Orbi notissimus, in Arquadæ secessu vitam, vti cœperat, terminare voluit. Ancisa relicta, Pisas delatus vna cum Matre Arni ferè vorticibus absorptus est tenerrimus puer. Iuuat hæc ipsius calculo comprobare: *Ferebatur puellus præualidi cuiusdam iuuenis dextera pannis inuolutus, & non alius, quam Metabus Camillam, nodoso de stipite pendentem ne periclitaretur, baiulabatur. Sed in transitu Arni fluminis equus lapsu pedis genuflectitur, & iuuenis ille, in cuius dextera tenebatur, labitur, & dum sibi creditum onus saluare nititur, propè violentia gurgitis submergitur.* Degit aliquamdiu Pisis, ibique sedulam primis Grammaticæ rudimentis operam dedit. Græcas literas hausit à quodam Barlaamo Calabro, posteà vt notat ipse Episcopo. Mouit eo quoquè tempore lapidem, quod aiunt, omnem Francisci Pater, vt ab exilio reuocaretur; sed frustra. Quamobrem aliò cum filio cogitans Auinionem accessit, vbi tum Summus Pontifex vnà cum Purpuratorum Curia morabatur. At iter illud parum utrique feliciter cessit. Simul ac enim ingressi nauem, ut suas secum facultates commodius adsportaret, soluere è portu, misceri pelagus turbinibus & procellis cœpit. Aquarum illi gurgitibus opprimuntur, quassatur primum, mox & frangitur nauis, sed aura secunda demum feliciter aspirante Auinionem appellunt. Ibi Pater Franciscvm literarum amore flagrantem liberalibus studiis totum addixit. Hinc ille de prima studiorum suorum ratione sua in epistola candidè ac disertè: *Octauum Annũ Pisis, nonum ac deinceps in Gallia Transalpina ad lęuam Rhodani ripam Auinio vrbi nomen: vbi Romanus Pontifex &c. Ibi igitur ventosissimi amnis ad ripam pueritiam sub parentibus, ac deinde sub vanitatibus meis adolescentiam totam egi, non tamen sine magnis digressionibus.*

ſionibus. Nam hoc tempore Carpentoras ciuitas parua, & illi ad orientem proxima, quadriennio integro me habuit, inque his duabus aliquãtulum Grammaticæ, Dialecticæ, ac Rhetoricæ quantum ætas potuit, didici, quantum ſcilicet in ſcholis diſci ſolet, quod quantulum ſit, chariſſime lector intelligis. & pergit de ſtudijs ſuis reliquis ordine tradere quæ ſubnecto. *Inde ad montem Peſſulanum, legum ad ſtudium profectus quadriennium ibi alterum; inde Bononiã, & ibi triennium expendi, & totum Iuris Ciuilis corpus audiui, futurus magni profectus adoleſcens, ut multi opinabantur, ſi cœpto inſiſterem. Ego verò ſtudium illud omne deſtitui, mox ut me parentum cura deſtituit, non quia legum mihi non placeret auctoritas, quæ abſque dubio magna eſt, & Romanæ antiquitatis plena, qua delector, ſed quia earum uſus nequitia hominum deprauatur. Itaque piguit perdiſcere, quo inboneſtè uti nollem, & boneſtè vix poſſem, & ſi vellem, puritas inſcitiæ tribuenda eſſet.* Præceptores habuit cl. Viros, & hos inter Io. CALDERINVM Bononienſem, & BARTHOLOMAEVM de OSSA I. C. præclariſſimos. In monte Peſſulano audiuit Ioan. Andream & Cinum Sigisbuldum Piſtorienſẽ Iuriſprudentiam ibi publicè profitentes, quibus cum ſumma neceſſitudine coniunctus vixit. Quin Cinus ab humaniorum literarum ſtudiis non abhorrens, FRANCISCVM unicè diligebat. Quamobrem otio quoties abundabat illius ſuauitate captus eum ſecum ad colloquia ſæpiſſimè admittebat, & inter priuatas literarum altercationes identidem hortabatur, ut incœptum ſtudiorum curriculum perſequeretur. Cui tamen ille, Poeſi, & Eloquentiæ magis addictus, tale reſponſum reddere conſuerat: *Studium, ad quod me hortaris, ſeruile officiũ reputo, & mancipium omnibus ſe præſtat, qui illo vtuntur: & ſi paterna non foret reuerentia, ſi poſt me curreret, (quia libertate uti cupio) non acceptarem. Quis eſt qui non dicat, hæc iura venalia eſſe, & ad benè recteque viuendum longè aliis ſtudiis eſſe inferiora? Quid ad faciendum virum bonum iſta conueniunt? Sed quis non videt ad virtutem conſequendam nihil pertinere? Sed cupidum magis, mendacem, iracundumque hominem reddunt. Quid mihi eſt* De aqua arcenda

diſpu-

disputare? Quid De stillicidio? *Quid si ancillæ partus in fructibus censeatur? Quid si quis legata persolui teneatur. Quin etiam si testamentum septem testibus caruerit, executioni mandetur, cum ista à legum latoribus luculentè explicata sint. Vos vestris commendationibus omnia peruertitis, sunt commendata super commenta, quæ in dies noui legulei scribunt, ut iam euenerit ex hoc, id quod ait Comicus.* ut intelligendo nihil intelligant. *Sed ut dignitate tua, & paterno amori morem geram, persequar, & tempus non contriuisse ostendam.* Quamobrem nulla vnquam ratione potuit à mitioribus studiis auocari, etsi Mathematicis disciplinis incubuerit aliquando, ut indicat initium Epistolæ Boccacio scriptæ lib. IX. Seniliũ. Imò tanto ferebatur in amœniores literas studio, ut nullis etiam Patris minis ab illis potuerit auelli. Is enim Bononiam cùm perrexisset vidẽdi filii causa, Poetas & Oratores Latinos ipsi ereptos rogo tradidit excandescens: Virgilium tamen & Ciceronem solos incolumes vix precibus obtinuit Vates noster, qui iam senex amicis sæpe historiam repetiit. Quo verò apud Monspelienses fuerit loco hic noster, ex Achille Gassaro apparet, cuius hæc verba Epitome Chronicorũ Aetat. VI. An. *1336.* Cinus, Paulus Perusinus legistæ; Olradus, Matthæus Siluaticus, Nicolaus Rhegio, Medici, Franciscus Petrarcha Poeta; & S. Rocchus infans, ex Monte Pessulano florent. Interea vigesimum primum cum attigisset annum matrem amisit, cuius obitũ quum lugeret maritus anno sequenti fatis cedit. Atque hic prima fuit liberioris studii occasio, rebus nẽpè domesticis consulturus patrios lares XXII. ætatis anno reuisit, qua de causa ipsemet verba faciens: *Itaque secundum & vigesimum annum agens domum redii, domum (inquit) voco Auinionense illud exilium, ubi ab infantiæ meæ fine fueram. Habet enim consuetudo proximam vim naturæ. Ibi ergò iam nosci ego, & familiaritas mea à magnis viris expeti cœperat.* & quæ sequuntur. Nec tamen curis domesticis inuolutus, Eloquentiæ vel Poeseos studia intermisit. Sed iis in dies magis ac magis addictus, tantũ in utraque profecit, quantum profuisse palam loco suo, & ca-

pite

pite faciemus. Veritatis magis quàm auctoritatis studiosum fuisse abundè ostendunt hæc ipsiusmet ad Card Ioa. de Columna verba: *Deambulabamus Romæ soli. meum quidem ob ambulandi Peripateticum morem nosti, placet natura, moribusque meis aptissimus est. Ex opinionibus quædam placent, aliæ autem minimè. non etenim sectas amo, sed verum. Itaque nunc Peripateticus, nunc Stoicus sum, interdum Academicus, sæpe autem nihil horum, quoties quicquam occurrit apud eos, quod veræ ac beatificæ fidei aduersum suspectumue sit.* Et paulo post: *Denique sic philosophemur, ut (quod Philosophiæ nomen importat) sapientiam amemus. Vera quidem Dei sapientia* CHRISTVS *est. Vt verè philosophemur, ille in primis amandus nobis, atque colendus est: Sic simus omnes, quod ante omnia Christiani simus: Sic philosophica, sic poetica, sic historias legamus, ut semper ad aurem cordis Euangelium* CHRISTI *sonet, quo uno satis docti ac felices simus.* Adeo magna ingenia libertati addicta nullius se mancipari patiuntur opinioni. Hinc variarum rerum cupiditate flagrans à IACOBO COLVMNA Lombetiensi Episcopo in Vasconiam ducitur, & sub collibus Pyreneis æstatem duxit. Inde rediens cum eiusdem fratre IOA. de COLVMNA Cardinale multos annos suauissimè vixit. Sub idem tempus Gallias, & Germaniam peragrare voluit, viditque ea in peregrinatione Parisios, inquirendi cupidus quid ea tempestate de illa vrbe verum, quid fabulosum narraretur, motus fortasse incredibili habitantium multitudine, & studiosorum, quæ humanam penè fidem superare videbatur; in primis vero Eruditorum hominum, qui rei literariæ ea ætate dictaturam exercebant. Rogatus à me per literas hac de re Lutetia, Die xxv. Aug. 1634. sic respondit Consultiss. Vir Io. Bourdelotius: *In ipso Virtutis & veritatis ore nihil tunc temporis frequentius, quam meros opiliones & bubsequos eos nuncupandos, qui non riuulis ex aquilegibus Parisiensibus deductis, aut ipso fonte lacteo maduerant, quod alibi per scrupulosas ænigmatum ambages & gryphorum flexuosos labyrinthos illic manuductione tutissimum sine mentis contentione discebatur. Adde tot præstantissimos eius artifices,*

quibus

quibus etiam ipſa natura inuidiam faciebat, ut ſi quid ubique terrarũ vænibat, addita dictione operis Pariſini pretium intenderetur. Verùm ut redeam ad Petrarcham: inde Romam reuerſus, pretioſa quæque antiquitatum monuméta ibidem luſtrauit oculis, & mente contemplatus eſt vetera ſummi illius Imperii decora, iniuria temporis ac hoſtium immanitate diſiecta. Auinionem regreſſus Roma, inibi aliquandiu claruit prædictis Clariſſimis & Humaniſſimis Viris Iacobo & Ioãnni de Columna longè cariſſimus, apud quos juuentutis florem inter Muſarum oblectamenta tranſegit. De Petrarchæ peregrinatione Paganinus Gaudentius de peregrinatione philoſophica cap. VIII. conſulatur.

INGENII PRÆSTANTIA.

Cap. IV.



NTER cæteras animi dotes prope innumeras, quibus claruit PETRARCHA noſter, ingenij præſtantia ſic effulſit, vt eius diuinitatem admirarentur omnes, monumentis æternum victuris tranſmiſſam ad poſteros & probatam. Siquidem is refloreſcentis literaturæ, latinæque linguæ horrenda neſcio qua barbarie obſitæ, ac penè ſepultæ, aſſertor & inſtaurator fuiſſe dicitur Viris doctis, quorum è numero ſe cumprimis audiendum Deſiderius prodit: *Refloreſcentis eloquentiæ Princeps apud Italos videtur fuiſſe Franciſcus Petrarcha, ſua ætate celebris ac magnus, nunc vix eſt in manibus. Ingenium ardens, magna rerum cognitio, nec mediocris eloquendi vis.* E quibus intelligi facile poteſt, ornamenta illa innumera, quę dicendi Magiſtro (à quo Philoſophia abeſſe nequit) & neceſſaria, & propria ſunt, Petrarchæ cumulatè adfuiſſe. Quòd verò raró illum in manibus eſſe videamus, id petulantiæ, ignauiæ, & inſcitiæ ſeculi tribuendum duxerim, quo corrupto

aures

aures teretes & religiosas, verborum volubilitate demulcere, quam sententiarum pondere prensare consuetum magis. Sanè nostrum hunc emunctissimæ naris & acerrimi iudicij virum multa & in se & in alijs desiderasse, aliam quoque sua in mente conditam habuisse eloquentiæ speciem, quam exprimere nec ille, nec alijs promissum hactenus, e libro quo de sua ipsius, & aliorum ignorantia grauiter & accuratè disputat, apertissimè liquet. Quod nec Ludouicus Viues vir in omni literatura singularis, nec Franciscus Floridus præcocis, ac elegantissimi ingenij, suis in censuris dissimularunt, vt ex eorundem elogijs constabit, quæ loco suo proprio producemus. Illud omnino de Petrarchæ ingenio alicubi proditum accepimus, quod dum ephœbus adhuc literis operam daret in scholis præceptores eius sic illius præstantiam admirari solerent, vt in illo diuinum aliquid intuentes persæpe patri dicerent. *Te nos beatum reputamus Petrarcha, quandoquidem filium ad omnes disciplinas capessendas promptum genuisti.* Cæterum quale FRANCISCVS ingenium sortitus à natura fuerit hisce verbis ille expressit in epist. ad Posteritatem: *Fuit mihi vt corpus sic ingenium magis pollens dexteritate, quam viribus. Itaque multa mihi facilia cogitatu, quæ exsecutione difficilia prætermisi.* Et ibidem: *Ingenio fui æquo potiùs, quam acuto, ad omne bonum & salubre studium apto, sed ad moralem præcipuè Philosophiam, & ad Poeticam prono. Quam processu temporis neglexi, sacris literis delectatus, in quibus sensi dulcedinem abditam, quam aliquando contemseram, poeticis litteris non nisi ad ornatum reseruatis.* Quibus studijs caperetur specialiùs alijs ostendit inibi, quæ subnecto: *Incubui vnicè inter multa ad notitiam vetustatis, quoniam mihi ætas ista displicuit, vt, nisi me amor charorum in diuersum traheret, qualibet ætate natus esse optauerim, & hanc obliuisci nisus animo me alijs semper inserere. Historicis itaque delectatus sum, non minus tamen offensus eorum discordia, secutus in dubio, quo me vel verisimilitudo, vel scribentium traxit auctoritas.* Atque in hoc literarum genere familiares sibi fuisse fatetur passim præ omnibus Virgilium, deinde Horatiũ;

Homerum etiam tanti fecit, vt ex Græcia impetratum à Nicolao Siozero Imperatoris Interprete suis sumptibus in latinum conuerti curauerit. Inter Philosophos ciuiles post M. Tullium ipsi in delicijs erat Seneca. Inter Philosophos Plato: Liuius inter Historicos: Inter Theologos D. Augustinus, cuius *Confessionem* sibi à Cardinale Columna donatam circumferebat, posthabito D. Hieronymo, quem ipsi multi commendabant. Sed de eius ingenio ad Poesin prono audiendi etiam alij, & in his Io. Iacobus Canis Pat. I. C. qui in libello *de modo in Iure studendi* impresso An. 1476. curis à legum studio alienis adscribit, quod Poeta in eo parum profecerit, hisce verbis: *Nec Propertius aut Tibullus amoribus innixus Iurisconsultis emicuit: Eandemque ob causam Franc. Petrarcha de sua Laura die ac nocte cogitans, quamquam vrgente patre, nequaquam profecit in Legibus.* Iudicium sanè nimis leue, imo à veritate alienum, cùm biennio post Lauræ primum inuotuisset. Veriùs longè atque æquius Petrus Lotichius Par. I. Bibliothecæ Poeticæ: *A teneris cum vnicè Virgilio, & Ciceroni operam daret, magnam ob carminis, quam tum non exiguam exhibebat, industriam, de se eruditis excitauit expectationem.* Verbo dicam, tanta fuit illius acuminis magnitudo, tanta rerum humanarum, diuinarumque scientia, nihil vt esset memoratu dignum, quod eũ fugeret, nihil de quo nõ iucundè minus, quã subtiliter disputaret; Vt non immerito de ipso in vita, quem superius adduxi, Anonymus ille MS: *Multa quidem legit, multa cognouit, omnia inuestigauit.* Inde factũ, vt quò maior quisquis esset in Curia Pontificis, eò studiosius affectaret Virum hunc præclarissimum apud se habere, & virtutis eius splendore longè clarissimo lares suos proprios decorare. Nec tamen Apollinem sic habuit fauentem, quin ei nubes obtenderet liuor ab ijs natus, qui vel ingenij malitia, vel bonarum literarum inscitia Poetam, quem non assequebantur, de Magicis artibus non modo insectarentur, sed & reum agerent, propter frequẽtem Virgilij lectionem, de cuius Magia à Grammaticis sparsa circumferuntur varia. Ille vero

inte-

integritatis, & ingenij fulgore tenebriones ita discussit, ita repressit, vt vel inde plus claritatis eius nomini accesserit. Quod ex Capite *de Existimatione apud Principes ac Amicitia cum Literatis* vberiùs apparebit. Hoc saltem veluti euidentissimum innocentiæ argumentum minime prętereundum censui, quod ipse Lib. I. Senil. Epist. III. Cardinali Talauando adducit: *Non credit profecto Magnum Pontifex, quem secretarium vult, nec scelestis operam dare carminibus, quem interioris thalami arcano dignum, & sacris aptum censet epistolis. Magnas tibi pro tantis honoribus, nec minores pro tali errore deposito, grates ago.*

ELOQVENTIA ET POESIS.

Cap. V.



PRIMVS omnium PETRARCHA fuit qui felicis ingenij sui ductu extorres dudum è Latio politiores literas, & dispersas vnum in locum coegit, & bono quasi in lumine collocauit. Irruentibus enim Barbaris hinc inde in Latium puræ Latinitatis elegans commercium obsoleuerat, ob eam caussam maximè quòd res esset cum barbaris, parique fato Etruscæ linguæ decor omnis excidisset, nec eius reparandi spes aliunde vlla se prodere videretur. Seditionum quidem vrbanarum & ciuilium bellorum iactura nunquam adeo sæuire credebatur posse, vt vna cum concordia & libertate literæ interirent. Cum par hostibus lingua, parque elegantia foret, vsusque per atrocia castra, omnemque armorum strepitum fœcundæ latinitatis peculiaris. At verò cum Gothicis, & Hunnis nihil, quod ad linguæ cultum attineret, commune, nihil diuiduum erat Latio, quod ab his vsque ad Theodosij tempora summa vi inuadere inausum esset: eaque calamitas vsque ad Petrarchæ seculum perdurauit. Si quidem

is latinæ linguæ pariter, & Etruſcę facultatem amplexus, vtrãque conſtituere planè & certis adornare numeris flagranter cepit: quod & perfecit tanta ingenij ſolertia, duriora molliendo, & ſingulari ſuauitate varijs modis flectendo numeros, vt enatam dudum ac vixdum efflore ſcentem Eloquentiã ingenti cultura, ad abſolutæ maturitatis fructum, ſummumq; adeo exactæ elegantiæ faſtigium perduxerit. Vidit id ſola etiam fama, maximo meritorum argumento, licet PETRARCHAE opera nunquam vidiſſet Eruditi ſeculi monſtrum Iulius Scaliger, cuius hoc luculentiſſimum de noſtro Poeta extat teſtimonium Poetices lib. VI. Cap. IV. PETRARCHA *ex lutulenta barbarie os cælo attollere auſus eſt. Cuius, quemadmodum diximus alibi, quòd nihil videre licuerit, eius viri caſtigationes, ſicut & alia multa, relinquam ſtudioſis.* Audiatur hic Voſſius de Hiſtoricis Latinis Lib. III. Cap. I. & quid huius de Viri eximij eloquentia ſcripſerit, expendatur: *Recenſuimus ingentem eorum turbam, penes quos iam inde ab exceſſu Antonini Philoſophi vſq; ad Imperium Caroli IV. vndecim & amplius ſeculis hiſtorica res ſtetit in Occidente. Conſtituunt autem illi hiſtoriæ quaſi ſenectutem: ſed ita vt ipſi quoque gradibus quibuſdam diſtinguantur: atq; alij pertineant quaſi ad primam, hoc eſt, crudam viridemque ſenectutem, qualem Charonti tribuit diuinus poeta: alij ad vltimam, hoc eſt, decrepitam planè, & capularem ſenectam: alij quaſi in confinio amborum, & magis illis & minùs his, vietam quandam, & tardigemulam habeant eloquentiam. Deinceps verò agendum eſt nobis de temporibus non paullò felicioribus Caroli IV. Imp. qui regere cœpit Anno 1346 atque imperiũ tenuit Annis 32. Sanè cum extrema Ludouici Bauari ætate, tum præcipuè ſub hoc Carolo ſtudiorum humaniorum, & deſertæ orationis inſtaurari cœpit. Laus ea inprimis debetur Eximio Viro* FRANCISCO PETRARCHA *qui literas à multo æuo miſerè ſepultas è Gothicis tumulis excitauit: vt iure optimo de eo ait Paulus Iouius in Elogijs Doct. Virorum. Idemque iudicium eſt Leandri in Italia, Scaligeri in Arte Poetica, & cuius non?* Loquatur & hic Vadianus ex ſua Poetica titulo IV. *Franciſcus Petrarcha ferè primus fuit, qui bar-*

baris

baris castris bellum indixit. Quamobrem Latinæ & Etruscæ linguæ instauratorem & Patrem habitum ita Iouius affirmauit. *Debemus plurimum ingenuo sudori Petrarchæ semper æstuanti, dum literas à multo æuo miserè sepultas è Gothicis sepulchris excitaret. Modo eum tanquam Italicæ linguæ conditorem, ac Principem ab imcomparabili diuini ingenij virtute veneremur.* Eodem ferme tempore floruere Dantes, Petrarcha, & Boccacius, sed teste Francisco Florido Sabino, *plurimum laudis inter eos meruit Petrarcha, qui primus apud Italos cùm Latinam linguam diu sepultam ex ruderibus, & vetustate, in lucem asserere adortus est, quod tamen cum parum feliciter succederet, vel quia bona optimorum librorum pars desideraretur, vel quod opus maius esset, quam quod ab uno exactè perfici posset, ad Etruscam linguam se innitus contulit, quod ipse edito de hac re carmine confitetur: tantum abest, ut quisquam inficiari valeat. Nec aliud sanè clamant eius opera Latinè scripta, quæ summum ingenium, nec mediocrem eruditionem ostendunt.* Par illi confecit Elogium hisce verbis Ludouicus Viues: FRANCISCVS *Petrarcha abhinc annos plures ducenteis Bibliothecas tam diu clausas reserauit primus, & puluerem, situmque è monumentis maximorum auctorum excussit, quo nomine plurimum ei latinus sermo debet. Non est omnino impurus, sed squalorem sui seculi non valuit prorsum detegere.* Et Barthius lib. XIX. Aduer. Cap. XIV. *Cæterum de increpatione hac Musarum à Philosophia, multis olim disceptauit* FRANCISCVS PETRARCHA *primus veteris literaturæ instaurator, quamquam & suo æuo non solus.* Et alibi. *At benè optimi & doctissimi viri iam inde ab ætate Fr. Petrarchæ, cum quo erigere caput, & ad priscorum auctorum exempla oculos attollere cœpit doctrina verè liberalium studiorum, aliam viam institerunt, quorum consilio apertis verè eloquentiæ campis tandem genuina Latinitas efflorescere cœpit.* Præter quos possemus etiam memorare Leonardum Aretinũ in duobus Dialogis nondum editis, qui asseruantur in amplissima Bibliotheca olim Serenissimi Ducis Mariæ à Ruuere, nũc verò Ciuitatis Vrbini, atque in Historia sui temporis. Milium item in Historia Vniuersi Cap. de Historia literaria: Et tandem

Cl. Virum mihique amicissimum Gabrielem Naudæum Parisinum Eminentissimi Cardinalis à Balneo Bibliothecarium in Additamento ad Historiam Ludouici XI. At in Panegyrica oratione ad Vrbanum VIII. S. P. Musarum vere Patrem. Quod encomium quia nondum est publici iuris, mecum per summã necessitudinem communicatum, in gratiam lectoris, mantissæ loco subnectere visum fuit: PETRARCHAM *vero hominem prope diuinum, antiquis parem, & seculo suo maiorem; cui Poesis, Philosophia, Humaniores Literæ ac eloquentia primam sui in Italia restaurationem acceptam referunt, tam prolixa & incredibili beneuolentia complexus est, qui tum temporis sedebat Vrbanus V. ut quemadmodum ille nusquam suis beneficiis, sic nec ipse gratiarum actionibus finem emposuerit.*

EGREGIA INGENII MONVMENTA.

Cap. VI.



ON Vrbium, non Rerumpublicarum curis, sed solitudini & otio literario PETRARCHA natus pulcherrima nobis ingenii sui diuini monumenta reliquit, quę tanto lepore affluunt, ut eruditi omnes in iis degustandis nunquam fatigentur. In primis vero metra Etrusca tanta sese facilitate commendant, ut iam omnium, quibus vel exiguum cum literis commercium, manibus quotidiè terantur. Inde meritò de hoc ipso Boccacius sermonem habens in hæc verba prorupit: *Opera eius, tàm Prosaica, quàm Metrica, quæ plura extant, tanto splendore refulgent, tanta suauitate redolent, tanto florido ornatu spectabilia sunt, & lepore sonantium verborum melliflua, & sententiarum succo mirabili sapida, ut cælestis ingenii artificio potius, quàm humani fabrefacta credantur. Quid multa dixerim? profectò hominem superat, & in longum mor-*

talium

talium vires excedit. Extat & hoc alibi eiusdem de Laura ac Operibus Petrarchæ ad Hugonem Regem Cypri testimonium: *Stat enim exitum cupiens, adhuc sub conclaui clausa diuina Africa, heroico carmine scripta, primi Africani narrans magnalia. Stat Bucolicum Carmen, iam ubique sua celebritate cognitum. Stat & Liber Epistolarum ad Amicos metrico scriptarum stylo: stant præterea ingẽtia duo Epistolarum prosaicarum volumina; tanta sententiarum, tanta rerum gestarum copia, tanto ornatus artificio splendentium, ut in nullo Ciceronis postponendas censeat lector æquus. Stant in Medicum Inuectiuæ. Stat solitariæ vitæ liber, & qui paucis post diebus in lucem nouissimus venturus est, de remediis ad utramque fortunam. Sunt præterea in officina plures, quos cito eo viuente fabrefactos legemus in publico*. Accedunt his quæ Io. Herold in Operum eiusdẽ præfatione præmisit. *Hos inter numerandus est* FRANC. *Petrarcha, cuius scripta quidem existimantium arbitrio, benignitate cælesti, admiranda non esse haud potuere, imo ingenij & animi vi æternitatem consequi necesse fuit*. Et alia ab alijs edita pari stylo. Præclara quippe sunt, planèque diuina illius opera in quibus vitæ euẽtibus mirè explicatis nos ad benè beatèque viuendum facilè dirigit. Quam ob causam Hieronymus Cardanus in eorum laudem sic excurrit. *Multa in hoc Viro præclaro egregia fuere. Primum, carminum suauitas elegans, qua per uniuersum orbem celebratur. Secundum est profunditas sensuum cum studio maximo. Tertium perpetuo manens ac indefessa gloria, ut etiam in Hispanicam linguam transierit. Quartum est cœlibatus & Orbitas. Quintum linguarum pluralitas: percalluit enim Latinam linguam ac Græcam. Suaui eloquentia insuper, qua maior præstari non potest, auctoritas doctrinæ & eloquentiæ coniuncta, religio cum vita longiore ex clementi hac cœli constitutione illi contigit*. Vnde satis mirari nequeo, quid animi fuerit Gesualdo, quando dictionem Poetæ nostri mediocrem constituit, cum à sublimi dicendi genere parum absit. Quot verò quantaque scripserit, indicabit eorum Elenchus, quem oculis hic subnecto ex vltima Basiliensi editione. Nimirum vulgauit

De Remediis utriusque fortunæ libros II. *ad clarum virum Azonem Corregium Principem Parmensem Amicum suum.*

De Vita Solitaria libros II. *Ad virum summa reuerentia dignum Philippum Patham Patriarcham Hierosl. S. R. E. Cardinalem literis ornatum ac literatorum Patronum.*

De Ocio Religiosorum lib. II. *Sodalitati magnæ Carthusiæ dicatos.*

De Vera Sapientia Dialogos II.

De Contemtu Mundi, siue Secretorum Dialogos III.

Qui monente ad me literis humanissimis Eruditissimo Francisco Bernardino Ferrario Mediolani sunt in Bibliotheca Ambrosiana scripti in membranis titulo *De Conflictu miseriarum suarum* volumine grandiusculo folii minoris, quod idem sonat in Editione Veneta 1501. De Conflictu curarum suarũ.

Psalmos Penetentiales VII.

De Republica optimè administranda Librum *ad Imaginibus virtutibusque ornatiss. Virum Franciscum Carrariensem Principem Patauinum.*

De Officio, & Virtutibus Imperatoriis Lib. *ad Magnanimum, bellicæq. rei peritiss. Virum Luchinum Vermium Veronensem, exercitus Veneti Imperatorem.*

Rerum memorabilium Libros IV.

Vitarum Illustrium Virorum Epitomen *ad supra laudatum Frãciscum Carrariensem Principem Patauinum.*

De Pacificanda Italia Exhortationem.

Ad Veteres Romanæ Reip. Defensores Orationem.

De Libertate capescenda Hortatoriam.

De Obedientia, & fide vxoria, in qua habetur Historia Grisildis.

De Auaritia vitanda Orationem.

Itinerarium Syriacum.

Mirari subit Michaelem Pociantium, etiam patria Florentinum, non animaduertisse idem hoc esse, quod titulo Itinerarii ad S. Sepulchrum Io. Mandelli Medico nuncupati ut diuersum

ſum adducit. A quo plurima cum eſſet mutuatus Vir variæ ceteroquin lectionis Antonius Poſſeuinus nimia credulitate in eumdem errorem incidit.

Et hæc quidem omnia complectitur TOMVS PRIMVS. In altero hæc habentur.

Epiſtolarum de Rebus familiaribus libri VIII. *ad Socratem ſuũ.*

Epiſtolarum ad quoſdam ex veteribus illuſtriores liber unus.

Epiſtolarum ſine titulo liber unus.

Epiſtolarum de Rebus Senilibus libri XVI. *ad Simonidem ſuum.*

Epiſtolarum Variarum liber unus.

Quibus poſtea ex Vetuſto Codice Bibliothecæ I. Chałaſii acceſſere inſertæ hinc inde diuerſi argumenti aliæ LXV. peculiares editioni, quæ *Lugduni apud Samuelem Criſpinum MDC I.* prodiit.

De ſui ipus, & aliorum Ignorantia liber *ad Donatum Apennigenam Grammaticum.*

Apologia contra Gallum *ad Vgutionem de Thienis.*

Inuectiuarum contra Medicum quendam lib. IV.

Notha, ſeu quæ falſo Auctori tribuuntur, inter quæ Propoſitum quoddam factum coram Reg. Vngariæ.

TERTIVS TOMVS eiuſdem Opera poetica comprehendit, ac primo quidem

Epiſtolas de ſumenda atque recepta Laura ad Amicos V.

Bucolicorum Eclogas.

Africam hoc eſt de bello Punico lib. IX.

Epiſtolarum lib. III.

Teſtamentum Auctoris.

Hiſce eruditorum quidam accenſuere SENECAE Philoſophi Vitam: nec aliter ego in Vita cl. Laurentii Pignorii, ubi hanc inter eius MS. tecenſeo, ſecutus tanti viri iudicium, & cõmunem quorundam opinionem. At poſterior dies prioris magiſter: rectiùs me docuit ſummi iudicii vir, qui in editione Senecæ caſtigatiori Baſileæ anno 1529. emiſſa eam recẽtioris cuiuſdam non prorſus indiligentis, ex Tacito, Sueto-

nio & D. Hieronymo acceptam, censet: Nec aliter credo existimabit, quisquis Auctorem nostrum ex sermonis pondere benè æstimare nouerit, ut sileam mortis historiã heic parum bona fide referri, ut ex Tacito liquet.

TOMO QVARTO vernacula siue Etrusca lingua conscripta insunt opera.

Sonetti, e Canzoni in vita di Madonna Laura.

Sonetti, e Canzoni in morte dell'istessa.

Trionfo d'Amore. Trionfi della Castità, della Morte, del Tempo, della Diuinità, ouero Eternità.

Quod opusculum in schedis repertum sine Auctoris lima prodiit. Sed mirabile dictu eodem anno 1374. die xxv. Ianuarii ante cęnam hæc celeberrima de diuinitate carmina contexere cœpit, fere sibi vicinum mortis diem præuidendo. Quod monstrant Rhythmi ex autographo Poetæ editi à Comite Federigo Vbaldino.

Canzoni, e Sonetti alquanti in risposta à diuersi suoi amici.

Poemata Etrusca in membranis anno 1470. impressa extant in Bibliotheca D. Marci. & anno 1473. Nicolao Marcello Principe regnante edita fuerunt carmina Petrarchæ in 4. maiori. quod opus apud me extat olim à doctissimo viro Triphone Gabriele enarratum Antonio Brocardo.

Vidimus præterea opus historicum hoc titulo: *Vite de Pontefici & Imperatori Romani da Messer Francesco Petrarcha insino à suoi tempi composte; dipoi con diligenza in breuità seguitate sino nell'anno* 1378. *Venetiis* 1534. Quod in Bibliotheca Ambrosiana Mediolani seruatur.

Illud quoque à fide dignis auctoribus accepimus, quod cum ad eum visendum processissent multi Veronæ, atque gratificandi studio *Africa* ipsius palam recitaretur, ipsum fusis lacrimis rogasse, ne ulterius progrederentur. Caussam verò sciscitantibus respondisse: Vtinam opus illud abolere possem, nulla mihi profectò res gratior aut iucundior foret. Sunt qui putant id ab ipso fuisse prolatum, quod fœ-

tus

tûs ille adhuc fuiſſet immaturior. At modeſtum nimis de ſemetipſo Vatis iudicium, quod licet voce fuerit proditũ, à mente ipſius nihilominus diuerſum fuit. Sic enim de hac ipſa Poetæ Africa in Vita eius MS. Bibliothecæ Canonicorum Regularium S. Io. in Viridario Patauii Paulus Vergerius: *In ea quidem ad marginem non dudum illius manum notiſſimam habeo, ita ſcribit:* ***Raro unquam patri aliquis tam mæſtus filium unicum in rogum miſit, quanto id fecerim dolore, ut ſi omnes labores meos eo in opere perditos acriter tecum voluas, vix ipſe lachrimas contineas.*** At ne quicquam deſideretur ad pleniorem huius Poematis notitiam, de eo ſic Auctor in Epiſt. ad Poſt. *Illis in montibus vaganti, ſexta quidem feria maioris hebdomadæ, cogitatio incidit & valida, ut de Scipione Africano illo primo, cuius nomen, mirum unde à prima mihi ætate charum fuit, poeticum aliquid heroico carmine ſcribere, quod tunc magno cæptum impetu variis mox diſtractus curis intermiſi. ſed ſubiecti de nomine Africæ nomen libro dedi, operi neſcio, qua vel ſua, vel mea fortuna, dilecto multis antequam cognito.* Alieno certè arbitrio ſi res æſtimanda fuerit, fati, quo excepta fuerunt eius ſcripta, ſecundioris locupletiſſimũ præbebunt argumentum editiones diuerſarum linguarum illuſtres variis in regionibus per tot ſecula perennatæ.

Hæc quidem Operum Petrarchæ ſeries iudicio eorum, quibus ex typographia Baſilienſi ea lucem debent, quæ adornata prodiere cura & ſubſidio trium Virorum rei literarii *Bonifacii* Amerbachi, *Conradi* Lycoſthenis, & *Cælii* Secundi Curionis. Quis verò ea primus collegerit, aut digeſſerit, nondum liquet. Pluſculum tamen operæ heic adhibuiſſe Ioan. Aretinum maximè circa Etruſca & Poetica teſtis eſt ad ipſum Vates noſter Senilium lib. XIII. Epiſtola IV. hiſce verbis: *Dicis te habere Epiſtolas meas multas, velim omnes & maxime correctas habeas.* Et paulo poſt: *Ad hæc cuncta noſtra vulgaria, & ſi quid eſt Poeticum collegiſſe te ſperas. ſed id mihi difficile eſt creditu.*

Præ-

Præter hæc plurima alia è pluteis deprompta prudens nostræ memoriæ subduxit. Sic enim ipse in quadam ad Isocratem Epistola. *Quid multa? Incredibilem fortè rem audies. Verum tamen mille vel eo amplius seu omnis generis sparsa Poemata seu familiares Epistolas, non quia nihil in eis placuisset, sed quia plus negotii quam voluptatis inerat, Vulcano corrigendas tradidi non sine suspiriis.* Ex his supersunt extremæ diligentiæ monumento Etrusca quædā Petrarchæ poemata; quæ cl. Vir Federicus Vbaldinus Romæ anno 1642. Petrarchæ studiosissimus in publicum produxit ex Auctoris schedis ascripto loco, anno, mense die & horis cum suis emendationibus & censura, quæ cum Fuluii Vrsini libris in Bibliothecā Vaticanam olim fuerunt translata. De his forsitan Antonius Muretus Variarum lectionum lib. XVIII. *ex autographo Franc. Petrarchæ nobilissimi Etruscorum Poetarum, quod habuit Vir præstantissimus Petrus Bembus, facile cernitur, eum in limando secundo item Poematum suorum versu sudasse.* His fortasse accensebitur Comœdia Io. Columnæ dicata, de qua Squarciaficus loco sepiùs memorato. Maiorem verò operum partem Latinè scriptam fatetur in Epistolis ipse, ne vernaculo sermone vulgo prostituerentur.

De quibus omnibus semper præclarè statuit Eruditorum cœtus. In primis verò Boccacius, qui sic de Africa: *Esto, æuo nostro tertius exsurgat Africanus, gloria nō minori, maiori tamē iustitia delatus in æthera, versu Viri celeberrimi Francisci Petrarchæ, nuper laurea Romæ insigniti. Tanta enim facundia, & lepiditate sermonis in medium trahitur, ut ferè ex tenebris longi silentii, in amplissimam lucem deductus videatur.* Et de Bucolicis ibidē: *Illustris atque nouissimus Poeta Franc. Petrarcha in suis Bucolicis sub velamine pastoralis eloquii, Veri Dei & inclitæ Trinitatis laudes, mira descriptione notauit.* Sensit & egregiè de iisdem tū iuncta, tum soluta numeris oratione Paulus Vergerius, cuius idcirco versus hac in parte damus.

Illustres celebrare viros, medicamina utramque

Porri-

Porrigere in sortem, tranquillæ munere vitæ;
Dicere Franciscus potuit, tractauit anhelos,
Ore potens triplici materno stamine amores.
Carmina pastorum, sensus condentia miros,
Cum caneret, magnum gracili spirauit auena
Africa cum scriberet fausto rem nomine dignam,
Multaque præterea vario deprompsit ab ore,
Vltima sacratis studiis dans tempora vitæ.

Neque his inferius magni nostra ætate Polyhistoris Ioa. Gher. Vossii iudicium lib. III. cap. I. de Historicis Latinis, nec non Michaelis Pociantii de scriptoribus Florentinis. Itemque Eminentissimi Cardinalis Roberti Bellarmini de Scriptoribus Ecclesiasticis, & aliorum.

Porrò, ne quid ingenui Lectoris curiositati deesset, & meæ fidei & amori satisfactum putabam, si eorumdem in Vaticano MS. Indicem singulari Viri Eruditiss. Leonis Allatii benignitate ad me transmissum, non tam amici in me affectus, quam publici studii & diligentiæ ingens argumentum, hic subnecterem.

FRANCISCI PETRARCHAE OPERA MS. QVAE ASSERVANTVR IN BIBLIOTHECA VATICANA.

Cap. VII.



DE Remediis Vtriusque Fortunæ lib. II. Princip. *Cũres, fortunasquè hominum.* Codd. 3354. ex perg. in 4. 4519. & perg. f. 4520. in pap. in fol. 4521. & 4522. in perg. f.

De Vita Solitaria lib. 2. Ad Philippum Caualliçen. Episcopum. *Paucos homines noui.* 4518. ex perg. fol. 4528. ex perg. fol. 4529. in perg. in 4. 3357. ex pap. in fol. scriptus manu propria Petrarchæ, testimonio Bernardi Bembi, qui ita præfatur: *Francisci Petrar-*

trar-

trarchæ Laureati clarissimi libellũ de vita solitaria lege feliciter: quisquis humanæ vitæ conditionem, ut est, momentaneam, fluxãque admodum quasi è specula circumspicere desideras, lege accuratiùs. Ingenio hominis, scio, oblectabere. Non eius, qui propria virtute magna se assequi posse desiderat, sed qui imperitum mortaliũ vulgus, eiusque inanes curas, & pænitenda vota, imò verò insanias, ac deliramenta magno atque constanti animo, & recto, ut aiunt, vertice ad beatissimam illam quietem intentus quantum mortali præstare licet solido ac recto pede calcauerit. Videbis ibidem Petrarchæ manum, cuius est archetypum uniuersum, quod opus vides festinãtius licet exscriptum, utpote qui firmiore calamo æquatos & rotundos characteres exarare solitus sit. Sed ita Petrarchæ ipsa, quam vides manus indubia est, qua oblectamur accuratissimi, multis documentis, quæ non attinet dicere, uti hæc est Bembi, qua testamur fidelissimi. Sed caueo, quod studiosè perlegeris, ne tibi absonum statuas comprobari, quando illud nobis est, de tanto viro sanctoque judicium. Sanè qui omnes unus numeros vitæ mortalium examussim complexus est, ut Sedigitii verbis utar. Quod si quis secus sentiat nihil sentiat. BERNARD. B. DOCTOR.

Rerum Memorandarum lib. 4. *Sed mihi cuncta versantur.* 3356. ex perg. in 4. 4526. ex perg. in fol.

De Sui ipsius, & multorum ignorantia, ad Donatum Apennigenam Grammaticum. *Numquam ne igitur* 4518. ex perg. in fol. 4517. ex perg. in fol. 3359. ex perg. in 8. Autographum Petrarchæ. Notatur in principio libri. *Præsens libellus scriptus extitit manu propria spectati Viri Francisci Petrarchæ*; & in fine. *Ante biennium dictatum, & alibi scriptum à me ipso scripsi, hic iterum manu mea, & produxi ad exitum Arquadæ inter colles Euganeos* 1370. *Iunii* 29. *vergente ad occasum die.*

Inuectiuarum in Medicum obiurgantem lib. 4. *Quisquis es, qui.* 4518. in perg. in fol. 4527. in perg. fol.

De Fide, & Obedientia uxoris, ad Ioannem Boccacium de Certaldo. *Librum tuum quem.* 1666. in perg. in 4.

De Secreto conflictu lib. 3. *Attonito mihi quidem.* 2973. ex pap. in

in fol.

Inuectiua contra quemdam Gallum innominatum, ſed in dignitate conſtitutum. *Eras fateor.* 4527. ex perg. in fol.

Epilogulus de Dignitatibus, & Officiis Romani Populi. *Senatus nomen ætas dedit.* 1541. in perg. in 4.

Virorum Illuſtrium vitæ. *Illuſtres quondam.* 4523. ex perg. fol.

De Vitis Imperatorum liber, qui & Auguſtalis dicitur, incipiens à Iulio Cæſare uſque ad Vincislaum. *Opta illuſtris Princeps.* 4137. ex pap. in 8. 4524. in perg. in 4. Alius incipit. *Primus qui Romanum.* 3551. ex perg. in 4.

De Vita Cæſaris. *C. Iulii Cæſaris d cta.* 4525. in perg. in fol.

De Hercule; quot, & quales fuerint. *Placet inſuper Tullio.* 2027. ex pap. in fol. eſt tractatus ſimillimus Genealogiæ Boccacii.

Itinerarium ad S. Sepulchrum. *Raro admodum ſpei.* 3357. in pap. in fol. cuius titulus ita legitur. *Itinerarium Franciſci Petrarchæ Poetæ Florentini, qui obiit anno Domini* 1379. *in Padua AEtatis ſuæ anno LXXI.*

Septem Pſalmi Pœnitentiales. *Heu mihi miſero.* 1216. in pap. in fol. 4518. in perg. in fol. 4999. in fol. 5163. in perg. in 4.

Pſalmi Confeſſionales. *Superbum me ſciſti Domine.* 5163. in pap. in 4.

Epiſtolæ. *Sæpe mihi propoſitum.* 3355. in pap. in fol.

Epiſtolarum ſine titulo lib. I. *Cum ſemper odioſa.* 4518. in perg. in fol. 4527. in perg. in fol.

Epiſtolæ quædam. *Errarem haud profecto.* 4523. ex perg. in fol.

Epiſtolæ, quarum index in principio. *Nondum ſatisfacerem.* 5621. in pap. in fol.

Epiſtola ad Ioannem Boccacium, cui miſerat Inuectiuarum lib. 4. *Quatuor Inuectiuarum.* 4518. in perg. in fol

Epiſtolæ 4. ad Ioannem Boccacium I. *Ad literas tuas* II. *Epiſtola ſtatus tui.* III *Librum tuum, qui.* IV. *Arſit amor tui.* 4518. ex perg. in fol. 4527. ex perg. in fol.

Epiſtola alia. *Maius opus aggredior.* 4523. ex perg. in fol.

Epiſtola ad Clementem VI. fugiendum Medicorum turbam.

Febris

Febris tuæ nuncius. 4527. ex perg. in fol.

Epiſtola ad Lombardum Serico, quid ſit humana vita. *Quid ſit de hac vita*. 1935. ex pap. in 4.

Epiſtola Antonio Parmenſi. *Fama loquitur*. 2951. ex pap. in 8.

Epiſtola ad fratrem Ioannem. *Anilem tibi fabulam*. 5221. ex pap. in fol.

Contra inuidos excuſatio calumniæ datæ de Verſibus. *Hic poſtquam medio*. & de Bucolica. alio etiam titulo contrà ignaros, atque inuidos reprehenſores, ad Ioannem Boccacium. *Aut tacere oportuit*. 4518. ex perg. in fol. 4527. ex perg. in fol.

Epiſtolarum lib. 4. *Si mihi ſæua pium ſeruaſſent*. 1618. ex perg. in fol.

Carmen Bucolicum. *Monice tranquillo*. 3358. ex perg. ſcriptũ anno 1357. in 8. Cum ſcholiis 1679. ex perg. in fol.

Elegia ad Bernardum Ruthenſem Cardinalem. *Terrificas tam magna*. 4518. ex perg. in fol.

Ad Eundem initio ſuper neglecta Matronum lege. *Obruor immenſa rerum* 4518. ex perg. in fol.

Ad Conuiciatorem quendam. *Detrahis atque animum*. 4518. ex perg. in fol.

Ad Inuidum quendam. *Si tua per longam*. 4518. ex perg. in fol.

Verſus ſuper morte Magonis fratris Annibalis. *Hic poſtquam medio*. 4518. ex perg. in fol. & alio titulo: Vnde orta eſt lis, & reprehenſio inuidorum. 4527 ex perg.

Oratio in B. Hieronymum. *Rore parens perfuſe*. 4321. ex perg. in fol.

De Laudibus Italiæ, quando rediit in Italiam. *Salue cara Deo tellus*. 1858. ex perg. in 4. 2932. ex pap. in 8. 2951. ex pap. in 8. 4514. ex pap. in 4.

Carmina Latina. 4836.

Carmina Italica. *Voi che aſcoltate*. 1213. ex pap. fol. 3198. ex perg. in 4. in princio effigies Petrarchæ 4587, ex pap. in 8. 4784.

4784. ex perg. in 4. 1680. ex perg. in fol. 5154. ex perg. in 8. 5155. ex pap. in 8. 5994. ex pap. in fol. ſcriptum Autographum Petrarchæ 3195. ex perg. in fol.

Fragmenta Autographa. *Signor mio caro*. 3197. ex pap. in fol. ſcriptum à Petro Bembo Cardinali 3197. ex pap. in fol.

Cum quibuſdam ſcholijs, & annotationibus 4786. ex pap. in 4. Erat Petri della Valle. 4783. ex perg. in fol.

Trionfi. *Nel tempo che rinoua*. 3142. ex perg. in 4. 3156. ex perg. in 8. 3216. ex pap. in fol. 4785. ex perg. in 4. ſcriptum anno 1541.

De Coronatione Regis Ludouici Epiſtola ad Nicolaum Acciaiolum. *Nell'vltimo huomo*. 4820. ex pap. in fol. 4824. ex pap. in fol.

De viris Illuſtribus Italicè, *Romulo fù el primo*. 5903. ex pap. in fol.

Franc. Petrarchæ Vitæ. *Franciſcus Petrarcha*. 4520. ex pap. in fol. 5263. ex pap. in 4. per P.P.V. 5155. ex pap. in 8.

Per Leonardum Aretinum Italicè, *Franciſco Petrarcha huomo*. 2027. ex pap. in 4. 4824. ex pap. in fol.

Priuilegium Laureationis Franciſci Petrarchæ, 4999. ex pap. in fol.

Index Vocum Petrarchæ, & quorundam Poetarum Antiquorum, videlicet Siculi Regis Roberti, & Barberini collectarum per Angelum Collutium, *Altr'huomo di quel ch'io*. 3217. ex pap. in fol.

Alberti Orlandi, & aliorum carmina in opera Petrarchæ, *Beato il prego*. 4587. ex pap. in 8.

Antonij Beccari de Ferraria Canzone in lode del Petrarcha, *Io hò già letto*. 4999. ex pap. in fol.

Flores extracti ex libro Petrarchæ de Remedijs utriuſque fortunæ. *Apud noſtros homines*. 5221. ex pap. in fol.

Nonnulla epigrammata in Petrarcham in fine Codicis. 3357. ex pap. in fol.

Extant etiã Florentiæ Petrarchæ opera MS. quę Cl. Elias Deo-

datus iteratis ad Gabrielem Naudęum Medicum Parisinum literis se in celeberrima S. Laurentij Bibliotheca vidisse refert. Idem mihi testatus est familiaribus colloquiis Ioan. Rhodius, & Iacobus Gaffarellus, librorum ineditorum omnes inuestigatores acerrimi; & nuper humanissimis ad me literis D. Iacobus Gaddius oeta Florentinus, in cuius Museo nunquam adhuc editæ reperiuntur Petrarchæ Latino sermone Comœdiæ *De casu Medeæ*. Itemque *De ciuitatis Cesenæ destructione*. Dummodo non idem hisce contigerit, quod de alijs refert ipse Lib. II. Senil. Epist. IV. *Scribis te vidisse opuscula nuper aliquot, quædam quoq; vulgaria, meo nomine inscripta, quorum mihi principia misisti, tantumque de singulis, ut intelligerem mea an essent, an alterius. Laudo diligentiam, ambiguitatem miror. Ego enim subito ijs conspectis, non tantum intellexi mea non esse, sed indolui, sed erubui, sed obstupui, potuisse illa, vel mea videri alijs, vel te dubium tenuisse.*

Præter omnia huius nostri Opera aliàs diuulgata suis ad me die 13. Nou. 1634. monuit omnis eruditionis laude celeberrimus Vir D. Frãciscus Bernardinus Ferrarius Mediolani in Ambrosiana Bibliotheca extare MS. Libellum in membranis in 4. *De Regimine Principum*. Petrarchæ etiam ad Virgilium in membranis folio maiori elegantissimè descriptum Notæ Marginales manu ipsius exaratæ extant ibidem, Epistola pręmissa eodem charactere Poetę à nõnullis adscripta, cuius initium: LAVRA *proprijs virtutibus* &c. quam inferius suo loco dabimus. Similẽ se in Bibliotheca Vaticana vidisse referebant quondam Laurentius Pignorius & Martinus Sãdelius viri amicissimi, in cuius principio Poetæ & Laurę effigies adiecto disticho videbatur. Petrarchæ in Columellam notas aliquando fuisse in Bibliotheca Vaticana deprehendi ex Aduersarijs Philologicis intimi mei Ioannis Rhodij. Ex Indice Bibliothecæ Augustanæ in subsellio 9. Codic. 243. reperitur libellus Petrarchæ MS. cui titulus est: *Ars punctandi.*

CEN.

CENSVS EORVM, QVI VATIS NOSTRI VITAM CONSCRIPSERVNT, QVIVE EIVSDEM OPERA COMMENTARIIS ILLVSTRARVNT.

Cap. VIII.



A ſemper fuit Vatis noſtri celebritas, & operum eius ſublimitas, ut eò eruditorum omnium cohortes veluti apes ad flores delibãdos confluxerint. Quid dulcius, quid candidius huius noſtri ſermone, qui in Latinis, Grę cis, diſertus, in Etruſcis lenior. Vtrobique animos iam virtutum diſciplinam, iam verborum pigmentis, ac lepore ſuauiſſimo attrahit, mouet. Viget in ſermone ſoluto neruus: Carmen eius plenum, terſum laborioſum, omnium genio accomodatiſſimum. Vbique mira rerum ſuauitas, ac varietas, ſententiarum lumina, verborum robora. Quamobrem haud mirandum, ſi tot viri Eruditiſſimi, tam miris dotibus ornati, Elogia, in ipſius operum illuſtrationem tantum ſtudii, ac laboris certatim contulerint. Quorum ſeriem, ne quid heic deſideraret æquus Lector, ſubnectere à noſtro inſtituto non prorſus alienũ fuerit. In quorum numero Latina dictione primam laudem meretur Petrus Paulus Vergerius Iuſtinopolitanus Carrarienſibus Principibus domeſtici Hiſtoriographi titulo familiaris, à Poetæ obitu non adeò remotus, quin plurima de ipſo ex fide conſignare potuerit. Quem deinde ſecutus non infeliciori conatu Xicho Polentonus Vergerii æqualis. Hi tamen nondum typis vulgati. Hunc apud D. Gaffarellum videre licuit ad calcem Poematum Etruſcorum, quæ in membranis ſcripta anno 1463, cui planè ſimilis in Muſeo Viri Spectabilis Ioannis Reinſt Amſtelodamenſis, ipſius humanitate ad me traſmiſſus. Eſt & alter in

Bibliot. S. Ioa. in Viridario Patauii apud Petrarchæ opera. Etsi verò prior Polentoni nomen non præ se ferat, Auctorem tamẽ hunc esse confirmat stylus, & frequens Ciceronis mentio, quẽ ut Grammaticus mirè colebat. Atque hos deinde imitati fuerunt Leonardus Aretinus elegantiss. Polyhistor, & Rudulfus de Cruningen natione Frisius indicio Iacobi Philippi Bergomensis supplementi Chronic. lib. 16. quem Vossius de Hist. Latinis lib. 3. recte Agricolam cognomine significat, Itemq; Franc. Philelphus. Plura de Petrarcha Nicolaus Francus & Hercules Giouaninus in Dialogis Etruscis sub titulo: *li due Petrarchisti*, omnium verò prolixissimè Hieronymus Squarciaficus Alexandrinus Petrarchæ vitam Petro Contareno Patricio Veneto nuncupatam pertexuit: quæ Petrarchæ operibus editionis Venetæ & Basiliensis præfixa. Qui etiam in Poemata Etrusca Auctoris nostri cũ aliis Etruscorũ carminũ Cõmentatoribus Venetiis 1508. & fol. & 4. edita, nõ pauca adnotauit. Reperitur quoque in Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis à Balneo MS. Philippi Villani, qui Clariss. aliquot Virorum sui seculi vitas persecutus *De Vita & Moribus Petrarchæ* peculiariter egit, quemadmodum mihi index Clar. Gabriel Naudæus, cui preciosæ huius suppellectilis cura meritò credita. Nuper autem in Bibliotheca Vaticana Vol. n. *6165.* inuentam Petrarchæ Vitam à Ludouico Beccadello Archiepiscopo Raguseo fusè descriptam, mense Martio Roma ad me perscripsit amicus singularis Leo Allatius qui erudito scribẽdi officio frequens ad nos excurrit.

Idiomate autem Etrusco per varia secula non modò vitam Poetæ posteris tradiderunt, sed varia quoque eius Poemata pro virili enodarunt. Antonius Tempus Iudex Patauinus præter Poetæ vitam, in gratiam Alberti Scaligeri Commentaria in Poemata conscripsit, Inuictissimo Federico Marchioni Mantuæ dicata. Franciscus quoque Philelphus Orator insignis Inuictissimo Principi Philippo Mariæ Anglo Duci Mediolanensi in explicando Poeta ingenium probauit, non tamen

men ſine cenſuræ acrimonia. Triumphos à ſe illuſtratos Borſio Eſtẽſi Duci ſacrauit Bernardus Ilicinius, Medicinæ ac Philoſophiæ Doctor. Quam veluti expoſitionum trigam euulgauit Nicolaus Peranzonus alias Riccius Marcheſianus ex Typographia Bartholomæi de Zamaria de Porteſe Venetiis 1508. xv Februarii; folio, & Gregorii de Gregoriis eodem loco, & anno die xx. Nouembris, in 4. Bernardinus Danielus etiam Lucenſis hanc prouinciam ſuſcepit, & Fauſtus Longianus, maximoque veritatis ſtudio Alexander Vellutellus, quẽ non piguit Auinionem, & Vallem Clauſam bis accuratè perluſtrare, ut Poetæ, & Lauræ virtutes dignè aſſereret, & germanum diuino Poemati ſenſum adſtrueret. Rinaldum Curſum pariter nonnulla reliquiſſe in Petrarchæ Poemata, patet ex Præfatione Hieronymi Ruſcelli Editionis Venetæ 1554. typis Plinii Petraſantæ. 8. Nec minorem operam Petrarchæ præſtitit Ludouicus Caſteluetrus eruditis notus. Potiori autem iudicio Andreas Geſualdus heic omne punctum tuliſſe videtur. Sed præter Italos Tranſalpinis in hac arena aliquid tentare placuit. Quos inter nobis innotuit Papinius Maſſonius Gallus celeberrimi nominis I.C. qui Dantis, Petrarchæ, & Boccacii vitas iunctim emiſit Lutetiæ Pariſiorum anno 1587. 8. At ne quidquam ad Vatis noſtri ſplendorem deſiderari poſſet, optandum erat, ut in lucem veniſſet eruditis laudatus in expoſitione Petrarchæ Sartorii Quadrimenii Coſentini labor eximius, cuius Commentarium MS. à Franciſco de Caſtro in Hiſpaniam tranſportatum accepi literis V. C. Leonis Allatii in omni curioſa literatura verſatiſſimi quidem ad me humaniſſimè miſſis. Ricardum Ricardi refert Taſſonus cõmentaria in Vatẽ noſtrum meditatũ fuiſſe. Nuper cum luſtraremus Bibliothecas Patauinas etiã ex Indice operum M. Mantuæ I.C. ipſum expoſitionem Petrarchæ literis conſignaſſe deprehendimus, quæ fortaſſis eadem cum ea, quę Patauii apud Laurentium Paſquatum anno 1566 in 4. edita ſine Auctoris nomine, lingua Italica adiectis I.C. ſententiis

 hoc

hoc titulo : *Annotationi breuissime soura le Rime di F. P.* Franciscus Vidua Patauinus Philosophus eximius Pandectarum Interpres in patrio Lyceo Oden Etruscam

Quel c' hà nostra natura in se più degno,

cum Petrarchæ Poematibus à Ioan. Griffio Venetiis anno 1554. editam, & postea insertam editioni Basiliensi à nemine antea expositam eleganti commento illustrauit. Hanc Paulus Tomasinus I. C. frater meus amantissimus ipsius discipulus legisse sæpe mihi se testatus est in autographo meditationum Etruscarum Auctoris. Suis quoque literis pridem monuit Eximius Vir Alexander Gallus Massæ Episcopus Com. Anonymi uberrimum esse in sua Bibliotheca. Accepimus etiam apud Iacobum Gaddium seruari Innominati scriptoris meditationes eruditas iu Triumphos, nec non Iacobi Poggii Annotationes in Triumphum Famæ. Hi quidem Poetæ nostro studiosè facem prætulerunt. Non tamen aliis summi ingenii viris etiam citerioris meditationis ansam præripuere. Testis mihi Petrus Bembus eminentissimus ingenio & eloquio Princeps. Testes è multis Io. Baptista Castiglioneus qui difficiliores versus Petrarchæ exposuit, Fabricius Storni, Ludouicus Dulcis, Franciscus Alumnus, Iulius Camillus, Hieronymus Ruscellus, Lucas Antonius Ridulphus. Mitto alios Etrusci idiomatis vindices, cæterosque numero fere innumeros, qui partim recitationibus Academicis Italię receptis, partim meditationibus priuatis Petrarchæ illustrando symbolam contulerunt. Inter quos neutiquam prætereundus Celsus Cittadinus Senensis Linguæ veteris Etruscæ & Antiquitatum egregiè peritus, olim magni Lipsii apud Fuluium Vrsinum condiscipulus, qui Oden Petrarchæ B. Virgini dicatam insigni commento illustratam euulgauit 1613. *typis Siluestri Marcheti.*

VINDICIAE TVTELARES.

Cap. IX.



Res propè conuiuæ mihi dissentire videntur ait Poeta. Neque enim omnibus idem cupediarum sapor. Quid mirum, si nec omnibus noster hic placuerit Vates? Ea nempè est iudiciorum in scena literaria libertas, ut quod cuique sapiat, id probet. Adeò verum lepidissimi Poetæ illud;

Pro captu Lectoris habent sua fata libelli.

Expertus idem Petrarcha, diuerso quidem fato exceptus, minus tamen iniquo. Dum enim in ipsum alii stylum sumere videntur, tantum abest, ut eius famæ officiant, quin studeant. Primus in hoc ceusu nobis occurit sanguine & literis Princeps Picus Mirandulanus, qui suam ad Laurentium Mediceum Ducem Epistola Lectori parum attento prima fronte nescio quid non Petrarchæ videtur detrahere. At enim accuratius eius mentem dum expendo, ita multa poetico Principis ingenio tribuit, ut nec suam Petrarchæ laudem neget. Mirandulanũ nunc quæso audiamus. *Sunt apud vos duo præcipuè celebrati Poetæ Florentinæ linguæ, Franciscus Petrarcha, & Dantes Aligerius, de quibus illud in uniuersum sim præfatus, esse ex eruditis, qui res in Francisco, verba in Dante desiderent.* Et paulò post: *Franciscus quidem si reuiuiscat, quod attinet ad sensus, quis dubitet vltrò herbam tibi daturum, adeò tu & acutus semper grauis & subtilis, ille verò de medio arripiens sententias colorat verbis, & quæ sunt gregaria egregia facit genere dicendi.* Verum horum magnam partem ex aliena eruditorum mente prolatam nemo mecum negabit, credo; pletaque etiam imò omnia ferè ex nimio animi studio, ex modo allatis planum est. Sed leuiora hæc sunt tela, & potius ab effusa in amicum benignitate, quam culpandi animo emissa.

Vehementiora ſunt quibus petitur hic noſter, quæ num rectè colliment, porro diſpiciendum. Eiuſmodi ex Taſſoni theca prodierunt quamplurima, licet id certamen verius ad ingenii luſum, quam animi ſententiam, ſuſceptum arbitrer. Et quidni hanc Polyhiſtori Critico concedamus ingenii libertatem, cui, ut apertè teſtatur ipſe, non animus erat, Vatem noſtrum perſtringere, ſed ineptam multorum cogitationibus de preſſa Petrarchæ imitatione pertinaciam eximere, quin Poetam ab aliorum calumniis vindicare, eique lucem afferre? Id ipſum etiam peculiari libello expreſſius tentauit Mutius minori quā par erat modeſtia. Verum huius farinæ alia iis remittamus, qui hanc ſibi litem ſumentes omnes verborum & vocum quiſquilias operosè ſecernere ſatagerunt. Taſſoni multorum iudicio uberrimè ſatisfecit Ioſephus Aromatarius medēdi dexteritate apud Venetos celebris, ab amœnioribus literis, quātum permittit negotiorum moles, non alienus. Eodem cum cæteris loco habendum Curii Lanceloti iudicium de Petrarcha nimis ſcrupuloſum, quando ipſum non inter Auctores, ſed Eruditos reponendum cenſet lib. 11. Obſeruationum Gram. cap. 59. ductus fortaſſis ea opinione, quod lib. eiuſdem cap. 34. Auctoris nomine dumtaxat dignū putet eum, cuius exemplar ſequitur eruditorum conſenſus. Hæc autem eiuſquè generis leuiuſcula ſuis relinquamus auctoribus. Notum enim quàm omni æuo Poetæ Etruſci Vatis uoſtri ideam ſibi imitandam propoſuerint. Tantum verò abeſt, ut Nicolai Franchi ſarcaſmis & inaniis reſpondeamus, ſortem euis miſerati, qui linguæ mordacitate cum ingenii amœniratem inquinaſſet ſibimet triſte fatum accelerauit. Ita dignum tulit miſellus ſuę procacitatis præmium. Quanto æquius fuiſſet quædam in noſtro Poeta humanitus agnoſcere, iiſquè ignoſcere? Prudentiæ plenum eſt Horatianum illud,

Quandoque bonus dormitat Homerus.

Et ſane Leo Allatius amicus noſter in Diſſert. de Magnorum Virorum Erroribus in dicendo cap. 8. Ludouici Viuis iudicio in-

ingenue fatetur Petrarcham sui seculi squalorem non valuisse prorsus detergere, dum à temporum ruditate vir prudens aliquando stylum attemperaret, ut verè censuit Gulielmus Insulanus in Dissert. de Chalcographia. Quo nomine apud eruditos facile merentur veniam leuiusculi ipsius in syllabæ modulo errores, quos indicauit Gerardus Vossius Artis Gram. lib. 2. cap. 40. & Analogiæ lib. 2. cap. 33. alter lapsus dictionis: quandoquidem nec omnibus extremam manum addidisse certum est. Quinimo error Poetarum apud benignos interpretes interdum licentiæ titulum meruit. Nimia vero seueritate à Ioanne Sauaro in Sidonii Epistolam primam lib. 1. accusatur Petrarcha, quod male Sidonium sugillet in præf. lib. 1. Epist. non intellectis Sidonii verbis; Itemque Sidonium ex omni parte modestum arrogantiæ postulet. Petrarcha enim de sola obscuritate Sidonii satis modestè conqueritur. Nec tanti Poetæ nostri circa Plinii patriam error, ut non maxime à Basilio Parauicino excusetur Tract. Apol. de Patria Plinii p. 54. Vrgentioribus longè telis peti videntur Poetæ vita, moresq; quibuscum si comparetur eruditio, nullum est vel exiguum inde famæ discrimen. Obiiciunt multi, quod in Medicos acriùs violentiusq; stylum strinxerit, medicam facultatem veluti probris lacessitam iniuria perenni violarit, cum ea à sanctissimis Viris, nec modo doctissimis, Reip. esse salutaris, ac summè necessaria iudicetur. Addunt quod nimis æui sui mores insectatus fuerit, quod perpetuis itineribus, deliciis, & amoribus citra quam Viro ciuili & Philosopho conueniebat, vitam transegerit. Hæc quam futilia, paucis dispiciemus. Ac ne longius abeam, en Poetam pro semetipso causam dicentem in Procemio Inuectiuarum contra Medicum. *Quamuis in otio, in solitudine mea essem, ille tamen vrbicus virgator, nec solitudini, nec otio meo parcens, nec ipsam locorum faciem veneratus, cui diuinum nescio quid inesse ipse si videas non neges in illis, ut propriè mihi videor dicturus, Pieriis penetralibus latitantem, conuitiis aggressus exciuit, in aliis longè, inquam aliis consopitum curis, & hāc*


quam in me miraris insuetam artem docuit vel inuitum: & inferius veniam petit. *Si quid contra morem suum dixerim. Ego quidem non artificium, sed artifices improbaui, eosque non omnes, sed procaces, atque discordes.* Quis, nisi planè ineptus, Poetam dicacitatis vlterius insimulabit? Non probos ac peritos Medicos incusat, nec artis certitudinem, sed Thessalos compendio viribus maiora polliciti, de quibus meritò extrema hæc verba effudit Adrianus: *Turba Medicorum pereo.* Quod ipsum ne Clementi VI. Pont. Max. contingeret, consilium de Medicorum delectu suggerere voluit. Nec alium ei fuisse animum, ex ipsius ad Sum. Pont. Epistola luce meridiana clarius est. Quod mores sui seculi culpauerit, in eo boni, & eruditi viri officium peregit. Morbi enim agnitio sanitatis initium est. Et si alicubi vehementior videtur, pro semetipso causam dicit lib. 11. Epistolarum Senil. ad Franciscum Brunum Pont. Maximi Secretarium, ubi fatetur se non homines, sed vitia hominum insectari. Etsi frustra Abrahamus Bzovius Tom. 14. Annalium Eccl. n. 21. ann. 1347. Vatem nostrum excuset, quod multa ab aliena manu in Poetę opera irrepserint, & præsertim Epistola prima lib. vi. Familiarium Annibali Tusculanensi Episcopo inscripta. Auctor est Ioannes de nostra Dama in Vitis Poetarum Prouincialium Marci Brusci Poetæ matrem ex antiqua & nobili Chiabottorũ in Pictauia degentium familia sub Romæ titulo notari. Nec sine veterum Sapientum exemplo peregrinationibus magnam vitæ partem insumpsit, ut patriam spontaneo virtutis causa exilio postponeret. Pulchrum nempe moueri cum uniuerso, & patria quam calcamus mũdus est, qui licet vastissimus vix ipsius gloriæ sufficiebat. Quæ verò eius fuerint deliciæ, qui amores, suo loco cuilibet obuium erit. Nec plura addo; quandoquidem nullum aduersus calumnias scutum innocentia tutius. Qua ipse fisus sic magno ad Franciscum Brunum animo: *Noli precor indignari, noli obniti, noli operam perdere, hostes ubi quæsieris, nec eosdem mihi adeo dempseris, sed irritaueris amplius atque flammaueris: fatalis hæc mihi, si dici*

fas,

fas, & antiqua est pestis. Multi de me iudicant, quos nec noui, nec noscere quidem volui, nec nosci dignos arbitror. Et paulo post: *Nescio unde hoc proprium atque affixum, ut ad iudicandum eò quisque sit audacior promptiorque, quò indoctior.* Cætera ei à sciolis obiecta contra Africam Epistola 1. lib. 11. Senilium Boccacio inscripta uberrimè ipse diluit, sicuti & maledicis os libris de Sui & aliorum ignorantia plenissimè obturauit. Nec Magistro defuit suo patrocinio Boccacius, ad cuius pro Petrarcha Apologiam benignum Lectorem remitto. Sic itaque spretis maleuolorum rumoribus pleno gradu sua virtute ad Honorum culmen sibi viam fecit.

HONORES, ET INPRIMIS LAVREA Ex Poesi Parta.

Cap. X.



VIRTVTVM radiis longè lateque coruscans æuo suo PETRARCHA literatorum decus, ac morum exemplar præclàrissimum virorum Principum animos facili negotio traxit in admirationem sui. Eandē ob caussam, & nos hodie, & omnis literaria Respublica, eius in laudes se totam effundit. Honores varios, & insignes sibi spontè delatos constantissimè respuit, solitudinis, & libertatis amans, ita prorsus, ut cum aulæ Pontificiæ quandoque adfuerit, ab ea tamen magis abfuisse mente, & animo, quam eidem adfuisse videatur. Equidem flagrauit sine dubio non mediocri gloriæ cupiditate PETRARCHA, ut ipsemet nobis est testis: at eius tantummodo gloriæ, quæ ex studio bonarum artium, quæ ex virtutibus, quæ ex meritis emanaret. Audiatur ipse (si libet) Præfatione Librorum, quos de Vita Solitaria literis consignauit: *Id mihi quoque, si vel pro*

ingenii

ingenij mediocritate, vel pro non mediocri gloriæ cupiditate (si tamen hanc nondum fræno animi ac ratione perdomui) prouidendum est, quid primum præstare nitar, nisi ut sicuti ego à negotijs, sic ab ocio modo procul absit inertia, & si quid forte mansurum scripsero, his potissimum inscribam, quorum gloriæ quadam velut participatione clarescere tenebrisque insistere valeam, quas mihi temporum fusca profunditas, & nominum consumtrix illustrium obliuiosa posteritas, intentant. Et infra. *Quid multa? persuasissem forsitan, ut & sibi, & mihi, & famæ nostræ parcerent, nisi quia, ut aiunt, iam neque res integra, neque silentio liberum est latere. Iam noscimur, legimur, iudicamur, iamque hominum voces euadendi celandique ingenium nulla spes, & seu producentibus in publicum, seu domi sedentibus, apparendum est.* Præcipuus eius honor fuit Laurea Poetica varijs in Vrbibus merito virtutis adepta. Fama siquidem virtutum eius toto terrarum orbe diffusa omnium illi laudes, & plausus non humilium modo, sed & Principum alacritate mirabili parere consueuerat. Mira res, at fama Petrarchæ digna. Vno, & eodem die, duabus à disiunctissimis, & Clarissimis Vrbibus Roma, & Parisijs Epistolæ ea de re ac nuncij venerunt. Parisijs quidem vir inter Gallos Princeps, & Cancellarius, qui Vniuersitati studentium ea in Vrbe præerat: Roma verò Senatores aliquot cum adhortationibus, & precibus, quibus illum ad percipiendam Lauream Poeticam suis in Vrbibus euocabant, perinde ac si duæ celeberrimæ Vrbis totius terrarum orbis de hoc illi decernendo honore secum ipsæ certarent. Hæsit hic ille aliquandiu ancipiti cogitatione distractus, nec ad quos tenderet facile dignoscebat, tum demum Columnensium, quos alias Dominos expertus humanissimos fuerat, consilium secutus, Romam Parisijs præferendam duxit, tùm quia Vrbs illa olim Imperatorum sedes, tùm quia Poetas reliquos ea presertim in Vrbe decoratos fuisse Laurea non ignorabat. Tradidit hæc de se posteris Petrarcha ea in Epistola, ad quam necesse erit sæpius recurrere. *In illis locis moram trahenti dictu mirabile, vno die, & ab Vrbe Roma Senatus, & de Parisijs Cancellarij Studij ad me*

literæ

literæ peruenerunt, certatim me illæ Romam, illæ Parisios ad percipiendam Lauream Poeticam euocantes, quibus ego iuueniliter gloriabundus, & me dignum iudicans, quo me dignum tanti viri iudicarent, nec meritum meum, sed aliorum librans testimonia parumper tamen hæsitaui, cui potius aurem darem. Super qua consilium Ioannis de Columna Cardinalis supranominati per literas expetij; erat enim adeo vicinus, ut cum sibi serò scripsissem, die altero antè horam tertiam responsum eius acciperem. Cuius consilium secutus Romanæ Vrbis auctoritatem omnibus præferendam statui, & de approbatione consilij eius mea duplex extat Epistola. Romam igitur profecturus primo Neapolim adijt hic noster, ubi Rex Robertus summis illum honoribus, & varijs muneribus exceptum parum abfuit quin ad Lauream accipiendam propè adegisset. Abstinuit tamen, & per Legatos suos, & per Epistolas Senatoribus Romanis ea dignum & illum testatus est. Erant tunc temporis Senatores Vrbis Vrsus Anguillariæ Comes, & ex Vrsi filijs Iordanus, qui tanti Regis iudicio freti, ipsum in Capitolio, summa dudum Romani Imperij arce, magna cum totius Vrbis lætitia, maiorique celebritate Virorum tum nobilitate, tum literis, & virtute præstantium, qui ad futuræ pompæ conspectum confluxerant, coronarunt. PETRARCHA igitur præmissa de more diserto & graui sermone petitione concordibus omnium Senatorum calculis Poeta, & Historicus solemniter proclamatus corona Poetica priscorum temporum consuetudine decoratur, ætatis Anno trigesimo septimo Salutis verò CIↄ CCC XLI. Idibus April. quo die Christi ab inferis exsurgentis memoria publice colebatur. Vt mirum sit, Senucium Florentinum, qui Poetæ æqualis, vniuersam Coronationis Historiam ad Canem Scaligerum minutissimè prosecutus, circa annos ætatis toto triennio à reliquis probatioris notæ scriptoribus differre. Triplici corona factum notat idem: Nempe Laurea, Hederacea, & Myrtina. Talis enim Vatem decuit omni carmine genere nobilem. Heroicos Poetas quercu, elegiacos hedera coronatos tradit Domitius Calderinus ad Martialis

Ep.

Ep. 70. lib. 8. Forsan & Myrtinam reportauit in Lauræ gratiam, cui non minus quam Veneri ipsi myrtus conuenit. Hederam verò priscos accepisse nigram conjicio, quod ea *Frons Poetica* vocetur apud Apuleium de viribus herbarum cap. 100. quo allusit Maro. ecl. 2.

Pastores hedera crescentem ornare Poetam.

Quamquam, & ex ea coronam ciuicam fuisse textam notissimum sit ex Mart. lib. 8. ep. 82.

Non quercus te sola decet, nec Laurea Phœbi,
Fiat & ex hedera ciuica nostra tibi.

Laurea sic redimitus nouus hic Vates per Vrbem ad D. Petri Apostoli Aedem frequenti comitatu deducitur, ubi persoluto Numini gratiarum penso, Laureaque ipsa Templi tholo appensa, magna inde pompa digressum Columnensium suorum ædes, quibus id honoris habitum, excepere. Iuuat ea de re loquentem ipsum iterum audire: *Laureolam mihi Neapolis Rex offerebat, & ut assentirer precibus etiam multis urgebat. Vicit amor Romæ venerandam tanti Regis instantiam. Itaque inflexibile propositum meum cernens literas mihi, & nuncios ad Senatum Romanum dedit, quibus de me iudicium suum magno fauore professus est, quod quidem tunc iudicium regium, & multorum, & meo in primis iudicio consonum fuit; hodie, & ipsius, & mecum, & omnium idem sentientium iudicium non probo. Plus in eum valuit amor, & ætatis fauor, quam veri studium. Veni tamen, & quamlibet indignus, tanto tamen fretus fisusque iudicio, summo cum gaudio Romanorum, qui illi solemnitati intereße potuerunt, Lauream Poeticam, adhuc scholasticus rudis, adeptus sum. De quibus etiam, & carmine, & soluta oratione epistolæ meæ sunt. Hæc mihi Laurea scientiæ nihil, plurimum verò quæsiuit inuidiæ.* Epistolæ vero, quarum ibi meminit, duæ cumprimis sunt, una Roberto Regi Siciliæ scripta; altera Barbato Sulmonensi, cuius initium dabo: *Idibus Aprilis Anno ætatis huius ultimæ MCCCXLI. in Capitolio Romano, magna populi frequentia, & ingenti gaudio peractum est, quod nudiustertius de me Rex apud Neapolim decreuerat. Vrsus Anguillariæ Comes, ac Senator prealti Vir ingenij,*

regio

regio iudicio probatum laureis frondibus insigniuit. Manus regia defuit, sed non auctoritas, nec maiestas.

Ioannes Nauclerus Chronographus Generatione LXV. Vol. I. celebritatem istam attigit, sed annum eius male produxit. Quod enim Anno 1341. peractum ex dictis constat, retraxit ille ad Annum 1338. Scripsit ille scilicet in hæc verba. *Anno Domini 1338. cum iam Pontifex Senatui, populoque Romano persuasisset, ut Senatoriam dignitatem suis, & Ecclesiæ auspicijs administrarent, & Stephanum Columnensem postea ad se Auinionem vocasset, Vrsus Anguillariæ Comes, Stephani Columnensis Collega* FRANCISCVM PETRARCHAM *virum Eloquentissimum, maximè autem rhythmis vulgaribus corona Poetica in Capitolio donauit.* Diuersum nihilominus Paulo Iouio placuit. Eum nempe (quæ ipsius verba sunt) *ex latina Africa, unde ei in Capitolio insignis Laurea præmium fuit, certiorem & nobiliorem gloriam adsecutum.* Cui etsi non magnopere refrager, quandoquidem hoc veritati magis consonum videtur. Poetam tamen Musis Etruscis primum famæ gradum debere, nemo rerum vel mediocriter peritus negabit, credo. Mitto de hac Laurea illustre satis Ioannis Boccacij Elogium ad Hugonem Regem Cypri, superius adductum, ubi de FRANCISCI operibus disseruimus. Verùm enimuerò non aliunde magis Laureæ huius præstantia factique totius vera series, una cum FRANCISCI nostri gloria, elucet, quàm ex Priuilegio super ea re confecto. Ne autem quid exactæ Lectoris notitiæ desit, neve prolixa aliunde perquisitione animus hinc abducatur, illud ex Editione Basiliensi integre huc transferre, mihi operæ visum fuit. Idque ad primę Editionis Venetæ Anni 1501. & 1531. fidem, cum Basiliensem varijs mendis scatere viderim, quas hic sustuli. Vnus certè error hic minimè silendus, quo Anno 1344 hæc solemnitas adscribitur contra expressa Poetæ verba, quæ huic editioni alias suo loco sincerè inserta iam pridem patefeci. Tu, mi Lector, quæ fuerit uniuersi de nostro Poeta Populi Romani æstimatio hinc dispice.

PRI-

PRIVILEGII LAVREAE RECEPTAE A FRANCISCO PETRARCHA EXEMPLAR.

VRSVS Comes Anguillariæ, & Iordanus de filijs Vrsi miles almæ Vrbis Romæ Senatores Illustres. Ad perpetuam rei memoriam Vniuersis ad quos præsentes peruenerint literæ. Cum sicut constamus ex anima, & corpore, sic duplex quærendæ gloriæ via sit aperta mortalibus. Quarum altera mentis, altera corporis viribus peragenda est: utriusque rei principatum Omnipotens Deus in hac gloriosissima Vrbe constituit ab æterno. Ex quo quidem innumerabiles olim tam ingenii, quam bellicis artibus memorandos hæc eadem Vrbs aut ipsa genuit, aut alibi genitos erudiuit, aluit, illustrauit. Inter multa nimirum quæ animi viribus geruntur, ut ad præsens de corporis actibus taceamus, florentissimi atque laude omni dignissimi quondam in nostra Rep. Historici ac præcipuè Poetæ maxime viguerunt. Quorum industria ac labore tam sibi ipsis, quam aliis claris Viris, quos dignabantur nobilitare, carminibus nominis immortalitas quærebatur. Horum inprimis opera effectum, ut conditorum huius Vrbis & Imperii atque aliorum omnis ætatis virorũ illustrium vitam, & mores, ac nomina teneamus, quæ nullis locis per tot seculorum lapsum ad nos potuerant peruenire. Sanè sicut Poetarum, & Historicorum copia multis gloriosæ & diuinæ gloriæ causa fuit, sic eorum defectum tractu temporis postea succedentis multis aliis ad æternitatem nominis indignas obliuionis tenebras non dubium attulisse. Hinc sæpe contingit, ut laudes eorum hominum, qui nobiscum vixerunt ignorantes, mira res dictu, vetustissimorum certam notitiam habeamus. Et Poetæ quidem præteriti gloria temporis pariter illustres sunt, & futuri, quoniam ut diximus immortalitatem & sibi & aliis quærebant, ac præter honores, & priuilegia, quibus publicè donabantur, pro præmio quondam & studiorum proprio ornameuto Coronam Lauream merebantur. Tanto enim honore dignos censuit Respublica, ut unum atque idem Laureæ decus assignandum censeret Cæsaribus, & Poetis. Siquidem & Cæsares Ducesque Victores post labores bellorum, & Poetas post labores studiorum Lauro insignibant, per æternam viriditatem

arbo-

arboris illius æternitatem tam bello, quam ingenio, quæsitæ gloriæ dignantes, atque ob illum inprimis, qui sicut hanc arborem Deus solam non fulminat: sic creditur Cæsarum & Poetarum gloriam illam, quæ more fulminis cuncta prosternit, solam vetustatem non timere. Hoc nempe poeticum decus ætate nostra, quod dolentes referimus, incertam qua seu ingeniorum tarditate, seu temporum malitia, usque adeo oblitum eße videmus, ut etiam quod per ipsum Poetæ nomen importetur pæne incognitum nostris hominibus habeatur, opinantibus multis Poetæ officium nil esse aliud, quam fingere seu mentiri. Quod si ita esset, prorsus: & levis res, & omni honore indignum dedecus videretur. Ignorant autem Poetæ officium, sicut ab eruditissimis & sapientissimis viris accepimus, in hoc esse virtutem rei sub amœnis coloribus absconditam & decoram, velut figmentorum umbram contentam, altisonis celebratam carminibus, & dulcis eloquii suavitate respergat, quæ sit quæsitu difficilior, magis atq; inventa dulcescat. Sanè autē Poetas egregios in morem triumphantium accepimus in Capitolio coronari, usque adeo & in desuetudinem Nobis abiit illa solennitas, ut iam a mille trecentis annis nullum ibi legamus tali honore decoratum. Quod excogitans ingeniosus Vir, & talium studiorum ab adolescentia scrutator ardentissimus, FRANCISCVS PETRARCHA Florentinus Poeta, & Historicus, præsertim tempore præsenti scientiæ succurrendum ratus, quo neglecta magis erat ab hominibus, & deserta post auctorum volumina diligenti primum indagine non incognita, relicta deinde post propria proprij ingenii opera Historiarum præcipue & Poematum, quorum partem adhuc habet in manibus, honesto Laureæ flagrans desiderio, non tam propter gloriam sicut idem in nostra & Populi Romani præsentia professus est, quam ut ad simile desiderium studiorum omnium animos irritaret: quamvis ad hunc ipsius honorem alibi suscipiendum, studiis atque Vrbibus evocatus. Tractus tamen memoria antiquorum Poetarum, nec non affectu & reverentia huius Sacrosanctæ Vrbis, cuius eū semper fuisse constat ferventissimum amatorem, posthabitis aliorum precibus decrevit huc potissimum, ubi Laureatos eße meminerat ante eum, se conferre, & ne super hoc suæ forsitan præsumtioni confisus videretur, statuit de seipso alteri credere potius, quam sibi, ideoque cir-

cumspiciens, nec ullum in toto Orbe reperiens digniorem, ad Serenissimum Robertum Hierusalem ac Siciliæ Regem Illustrissimum de Romana Curia digressus, quæ in Avinione nunc residet, usque Neapolim personaliter accessit. Itaque illius tanti Regis omnium scienoiarum fulgoribus abundantissimè radiantis sese subiecit examini, ex cunctis mortalibus illum præferens, qui intra omnes dignissimus visus est: maturo sanè consilio & tanto iudicio, ut probatus posset à nemine reprobari. Cum itaque Rex idem audito eo atque operum eius parte prospecta, dignum profectò tali honore iudicasset, ac super eius sufficientia cum suo sigillo testimoniales Nobis Literas, & eius fide dignos Nuncios destinasset, eodemque idem FRANCISCVS pleno Capitolio Laureum Poeticum solenniter postulasset, Nos regio testimonio, & famæ publicæ, quæ eidem de eo multa perloquuta erat, sed multo magis operum evidentia certissimam fidem reddentes, præfatum FRANCISCVM hodierno videlicet solennitatis Paschalis die in Capitolio Romano Lectorum celeberimo tam dicti Regis, quam nostri & populi Romani nomine magnum Poetam & Historicum declaramus, preclaro magisterij nomine insignimus & in signum specialiter poesis, NOS VRSVS COMES ET SENATOR præfatus pro nobis, & collega nostro, Coronam Lauream nostris manibus eius capiti impressimus, dantes eidem tam in dicta arte poetica, quam in dicta historica arte, atque in omnibus spectantibus ad eiusdem auctoritatem præfati domini Regis S. P. Q. R. tam in hanc Sanctissimam Vrbem (quam omnium Vrbium & terrarum caput esse non ambigitur & magistrā) quam alibicunque locorum legendi disputandi atque interpretandi veterum scripturas, et novas, à seipso omnibus seculis auxiliante Deo, et mansuros libros, et poemata componendi, liberam tenore præsentium potestatem, necnon et ubi & quotiens sibi placuerit, possit huiusmodi, atque alios actus poeticos Laurea, seu myrto, vel hedera, si id genus elegerit, ornare, & in actu atque habitu quolibet poetico, publicè & solenniter exercere. Ad hæc conscripta, per eum hactenus velut per hominem in talibus expertum in his scriptis approbamus. Reliqua vero, quæ scripturum eum contigerit in posterum, ex quo ab eodem promulgata in lucem edita fuerint simili ratione approbanda censemus decernentes eum hisdem Priuilegijs, Immunitati-

bus,

bus, Honoribus, & Insignibus perfrui debere, quibus hic vel usque terrarum uti possunt, vel posse sunt soliti Liberalium & honestarum Artiũ Professores: eoque magis, quod professionis suæ raritas uberioribus eius favoribus, & ampliori beneficio eum dignum facit. Insuper eundem FRANCISCVM PETRARCHAM, *propter insignes sui ingenij dotes, ac propter notissimam devotionem, qua ad hanc Vrbem nostramque Remp. affici, & communis omniũ fama, & actus eius, & verba testantur, Civem Romanum facimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ipsum & veteribus & novis Civium privilegijs, ac nomine decorantes: de quibus omnibus, & singulis interrogatus Populus Romanus solenniter, ut mos est (nemine protinus adversante) placere sibi omnia acclamando respondit. In quorum testimonium præsentes literas, utriusque substantiæ Senatus subscriptione & nostræ aureæ bullæ sibi concedi jussimus appensione munitas. Datum in Capitolio præsentibus Nobis, & tam alienigenarum quam Romanorum Procerũ, ac Populi multitudine numerosa, Quinto Idus Aprilis Anno Domini MCCC XLI.*
Præclarum sanè tam raræ virtutis pretium, non tamen nudis (ut credi posset) verbis expressum, sed quingentis numis aureis & universo pompæ apparatu Po. Ro. liberalitate auctum: Cui Senator ejusdem valoris Pyropum addidit, Sanucio teste oculato, qui universam historiæ seriem minutissimè persecutus. Ad quem publici juris factum lectorem remittimus. Cetera quæ huic pompæ intervenerunt, Ludovicus Monaldeschus in suo Diario autographo, quod in Bibliotheca Principis Burghesii servatur, non indigna posteris hæc notavit, quibus nativum ejus ævi genium & colorem relinquimus. Quæ omnia mihi communicavit eruditissimus & humanissimus Vir D. M. Antonius Cuccinus Episcopus Anglonæ nunc Imolæ.

L'anno 1341. nel Pontificato di Papa Benedetto XII. in quel tempo che fu allo Papa misier Stephano della Colonna, misier Orso della Anguillara volse coronare misier Frãcesco Petrarcha nobile Poeta e fu fatta in Campidoglio in questa maniera. Se vestio di rosso dodeci jovani de quindici anni l'uno. Et erano tutti figli di Gentilhuomini & Cittadini. Vno fu dalla casa dello Fumo & uno de casa Trincia, uno de ca-

sa Crescentio, uno de casa Caffarelli, uno de casa Capozuchi, uno de casa Cancellieri, uno de casa Cuccino, uno de casa Rosci, uno de casa Papazuri, uno de casa Paparese, uno de casa Altieri, & uno de casa Lucij, e poi chisti Iuvani dissero muti versi in favore dello popolo fatti da chisso Poeta, e poi iro sei Cittadini vestuti di panno verde, e furono Saviello, nò Conte, nò Orsino, nò Anibale, nò Paparese, nò Montanaro, e portauano una corona per uno di diversi fiori, doue compario lo Senatore in miezzo à muti Cittadini, e portaro alloCapo soio na corona de Lauro, e se asettao alla sedia dello Assettiamento, e fu chiamato lo detto misier Franceschо Petrarcha, e se presentao isso vestuto di longo e disse tre vote. Viva lo populo Romano. Viva lo Senatore, e Dio li mantenga in libertate, e poi s'inginochiauo allo Senatore, lo quale disse. Corona premia la virtù. Se levao la ghirlanda dello Capo e la mise à misier Francesco. Et isso disse uno bello Sonetto à fauore delli antichi Romani valorosi. Chisto fu fornuto co muta laude dello Poeta, perche tutto lo Popolo gridava. Viva lo Campidoglio e lo Poeta.

Sic antiquatum plurimis seculis honorem Poetis debitum in Petrarcham retulit Vrbs magna virtutum & Musarum benigna parens, quam Poetas latinos olim corona decorasse manifestat hæc Inscriptio in Oppido Hisconio, quod nunc dicicitur e Guasto, in regione Ferentana.

L. VALERIO. L. F.
PVDENTI
HIC. CVM. ESSET. ANNORVM
XIII. ROMAE. CERTAMINE
IOVIS. CAPITOLINI. LVSTRO
SEXTO. CLARITATE. INGENII
CORONATVS. EST. INTER
POETAS. LATINOS. OMNIBVS
SENTENTIIS. IVDICVM
HVIC. PLEBES. VNIVERSA
HISCONIENSIVM. STATVAM
AERE. COLLATO. DECREVIT
CVRAT. R. P.

Præ-

Præter Lauream, diversis etiam honoribus variè cumulatus est. Inter multos Parmensis Ecclesiæ Archidiaconatum à Corrigiensibus delatum obtinuit, inibique coempta domo aliquandiu vixit, ut ipsemet testatum alicubi reliquit. Demum cum Iacobus Carrariensis Paduæ Dominus per literas eum ad se & amicitiam suam pertrahere conaretur, votis ejus obtemperans Patavium se recepit, ubi à Iacobo obviis, quod ajunt, ulnis exceptus, Canonicatum Cathedralis Ecclesiæ Patavinæ opulentissimum retulit. Honor postea honore auctus in dies crevit. Nimirum Mediolani apud Galeacium Vicecomitem Consiliarii titulo honestatus, pro Duce Oratoris munere apud Serenissimum Senatum Venetum & alios Principes feliciter functus, multis magnisque honoribus locupletatus, in nuptiis Violanti Leonello Regis Britanniæ filio desponsatæ Anno 1368. Bernardino Corio teste, Principibus accubuit. Venetiis etiam ludis publicis & alibi Serenissimo Duci dexteram clausit. Summis quoque Pontificibus varios tum honores, tum magistratus in eum conferre placuit. Quorum favore electus Pontificię Sedis Vicarius, & à Clemente VI. Sum. Pont. ad Episcopatum aliquoties excitus id oneris libertatis amore & otii literarii studio declinavit, actisq; gratiis ad consuetam solitudinem se recepit. Sic enim in Epistola 43. Variarum ad Franc. Brunum: *Postquam me sæpe licet indignum, Episcopum facere voluisset, & ego indignantibus Dominis & amicis continuè recusassem, ultimo mihi dixit. Pete quod vis, & faciam tibi. Cui ego respondi. Si bene facere mihi vultis, non solum beneficientia, sed electio Pater Sanctissime vestra sit. Vos scitis optimè quanti me facitis, quando aliquid præsente alio vel quomodolibet ad notitiam vestram venit, quod me dignum videatur, mei (si placet) memoriam habetote.* Et Lib. IX. Senilium in hunc sensum alia. Nec tantum Viri Principes, sed & Civitates & Respublicæ immortalitati nominis ejus monumenta innumera certatim contulerunt. Prætereo memoratos alibi honores Aretii exhibitos. Quid de Florentina Republica dicam? quæ Civem suum præclarissimũ

ſemper coluit, imo nec petenti, nec ſperanti, redeundi ad paternam ſedem poteſtatem dedit, & eidem, quæ in fiſcum intulerat, patris ejus bona reſtituit. Ad quam Patavio VIII. Id. April. Epiſtolam illam pulcerrimam ſcripſit. *Iam ſatis me vixiſse arbitror Optimi Cives, & illam ſapientis amici vocem audire videor. Morere dum lætus es.* At ille ſat habuit vidiſſe patriam, & amicitiam cum Boccacio Florentiæ contraxiſſe. Habet enim hoc proprium Virtus, ut in amorem ſui bonos erigat, in ſtuporem malos, idque cum omnis virtus habeat, tum præcipue fortitudo Petrarchæ propria. Cujus inter fortunæ turbines, ac procellas rerum terribilium, & tranquillitas gratior & lux ipſa conſpectior eſt. Romana porrò civitas quid ejus in honorem præſtare potuit amplius eo quod geſſit? Quin etiã Principibus Italiæ pacem conciliaturus Padum fluvium armis infeſtum ſibi invenit pacatiſſimum, ab utraque diſſidentium parte Legatario honorificè exceptus. Patavinam Vrbem non ſilebo, quæ cum viventem unicè dilexiſſet, defuncti funus univerſa ferè ſuis effuſa ſedibus atrata Arquadam uſque extremo pietatis officio perſecuta eſt.

NECESSITVDO CVM LITERATIS.

Cap. XI.


MICIS conciliandis vim magnam Virtutis quotidie experimur. Ea enim nihil amabilius, nihil quod magis in ſui amorem alliciat, cum propter virtutem & probitatem etiam nunquam viſos diligamus. Vincit omnem naturæ cognitionem ſimilitudo bonorum, nullaque ſocietas gratior, nulla charior, quàm cum viri boni moribus ſimiles ſunt familiaritate coniuncti. Ita Petrarchę mores amœni, virtus admirabilis, amicitiæ fœdus ſuaviſſimum cum eruditis & amicis peperit, ut ſua ætate jure me-

rito

rito delicium amicitiæ, nectar amoris diceretur. Iam ille Principum amicitiæ ut libertati adversæ, amicorum dulcem præferebat conversationem, tanto affectu, ut vix sine amicis unquã mensæ accumberet, gratulatus sibi quoties epulis inexspectatus amicorum quispiam interveniret, ut amicis stipatus veluti lauræ triumpho summè lætaretur. Vnde lautiori quoque mensa & decenti familia nunquam domus ejus destituebatur. Neque id commessationum studio, sed quòd nihil ei optabilius, nil gratius, nil jucundius, quam amicos colere, amplecti, invisere, pro eisdem omni cura aliquid agere, laborare, & omnia sua ipsorum commodis postponere, etiam valetudinem, dum æstate cum meridiaretur à suis excitari voluit, quoties visum veniret aliquis. Sic enim ad posteritatem ipse: *Amicitiarum appetentissimarum, & fidelissimarum cultor honestarum fui, intrepidè glorior, quia scio me verum loqui.* Vnicus insuper ad mutui amoris conservationem ipsi conatus erat amicitias procurare. Cujus argumentum inter Socratem & Lælium Epist. V. Lib. Famil. XII. celebratum: *Benedicti Vos à Domino, qui & vobis dignissimam rem fecistis, & mihi gaudium quantum abundè præberi non poterat præbuistis.* Nec sanè vulgaris constantiæ exemplum amicum Franciscum Brunum ita Summo Pontifici commendavit, ut in eorum numerum fuerit acceptus, qui ei à secretis fuere. Cujus beneficii, nec ingrata fuit apud amicum memoria, nec vanus Poetæ labor. Hinc enim Summo Pontifici innotescebant quæcumque à Petrarcha in familiam, in studia, in cætera, desiderari possent. Quæ quam numerosa fuerint, prolixa ipsiusmet narratione ex Epistolarum Variarum XLIII. Arquadæ scripta veluti totius Oeconomiæ ipsius ideam exhibente heic subdere à nostro instituto neutiquã visum mihi fuit alienum: *Ego frater si quid mihi ad vitam unius canonici deesse dicam, mentiar. sed si dixero, me plures habere notos, & plura inde gravamina quam totum ferè capitulum, cuius ego pars sum, forsitan non mentiar. Quæ an declinare ulla arte valeam ignoro. Sæpe certè tentanti, nunquam hactenus successit. Vnde mihi non exiguus vitæ labor, &*

quamuis gloriosa, tamen haud dubiè tædiosa perplexitas. Si quæras, num quod restat transire possim, ut nunc usque transivi, possum planè, sed haudquaquam facilius quam olim, imò verò difficiliùs, quod ad sarcinas in dies augetur, & vires minuuntur. Habeo hic præbendam, quæ mihi panem & vinum dat, non solum ad utendum, sed etiam ad vendendum. Residentia aliquid mihi valeret, sed ego urbes, uti ergastula, fugio, & magis eligo solitario in rure, si oporteat esurire, quam in urbibus abundare, quamvis nulla fuga, nullæ me latebræ, à concursu protegant: habeo famulos, sine quibus utinam viuere possem, aut scirem. Habeo equos, quando pauciores, duos saltem, & ut sileam quæ sunt historiæ longioris, soleo habere scriptores quinque vel sex, habeo tres ad præsens, et ne plures habeam causa est, quia non inveniuntur scriptores, sed pictores, utinam non inepti. Habeo unum presbyterum venerabilem virum, qui dum in Ecclesia sum assiduus mecum est, cum quo sæpè, ubi solus prandere disposui, ecce subitò è transverso convivarum acies, vel cibo pascenda, vel fabulis. Vitari enim prorsus nequit, ne vel superbior appaream, vel avarior quam sum. Sed quod omnem fidem excedit, reditus beneficiorum in amicos contulit. Amicitiæ quoque nexus illi cum Ioa. Boccacio adeo fuit arctus, ut ei meritò conveniret Propertii illud:

Te socium Vitæ, te corporis esse licebit,
Te dominum admitto rebus, Amice, meis.

Talis nempè tantusque fuit, ut alter alterius dimidium, imò alter in altero totus existere videretur. Quam ob causam alterum alterius vultum in sui annuli gemmula circumtulisse refert Squarciaficus in illius Vita. Etsi fateri necessario cogar, nequaquàm ei suffragari carmina, quæ producit, ut hoc suum enunciatum firmet, cùm illud non ad Boccacium, sed ad Barbatum Sulmonensem, quem summopere dilexit, Petrarcha referendum constet, sicut ex versibus videre est tàm in priscis illius Codd. editis Venetiis M D I. quàm in recentioribus evulgatis Basileæ à Sebastiano Henricpetri M D XXCI. Sic enim ille Epistolam ante penultimam Lib. II. orsus est ad Barbatum:

Dulcis

Dulcis Amice vale, tua si mihi semper imago
It præsens, mecumve sedet, mecumve quiescit,
Redde vices, non atra palus Acherontis opaci,
Turbida somnifero dirimat nec gurgite Lethe.

Simonidi etiam & Socrati carus & familiaris erat quoad vixit summa & longa eis necessitudine coniunctus. Hinc illi Lib. XVI. *Senilium Epist:* Huic Lib. VII. *Familiarum* nuncupavit. Dilexit etiam Donatum Apennigenam Grammaticum, cui inscripsit Lib. *De Sui, & aliorum Ignorantia.* Vgotionem de Thienis etiam *Apologiæ contra Gallum* præfixit. Prætereo quo loco habuerit Ioannem de Dondo Patavinum Medicum Cl. cui legaverat ex testamento ducatos aureos quinquaginta. Tanti etiam Lombardum Sericum acerrimum solitudinis cultorem æstimavit, ut verè locum hic habeat Scytharum illud de Oreste & Pylade apud Lucianum:

Dij Amicitiæ Præsides.

Etsi vero ex Epistolis & Carminibus ipsius quos coluerit Amicos non obscurum fuerit, hi tamen videntur fuisse intimi: Ioãnes Basilius, Nicolaus Alfinensis Siculus, Thomas Messanensis, Ioannes Aretinus & Federicus, Ioannes Barilis Neapolitanus, Ludouicus Marsilius, Gabriel Zamoræus causidicus Parmensis, Io. Anchiseus, Paulus Anibalensis, Lancellotus Eques Placentinus, Gulielmus Orator Veronensis, & Rainaldus de Libero Pago Veronensis Poeta, Andreas Vates Mantuanus, Guidus Archiepiscopus Ianuensis, Nerius, Morandus, Olympius, & Peresius Messanensis. Fuit & Poeta noster coniunctus Cl. Viris Iacobo & Brunoni Florentinis, Modio Parmensi, Beneintendio Veneto, Nicolosio Bartholomæi de Luca, Nicolao Magno Siciliæ Siniscalco, quem *charum decus suum appellat*, Publici Vicentino Poetæ, Roberto Comiti de Batifolle, Gulielmo Matamauro Equiti Neapolitano, Thomæ de Garbo Medico Cl. Gulielmo Rauennati Physico, Cœnobio Grãmatico, Gasparo Veronensi, Bartholomæo Eremitę, Raimundo Superantio, Hannibali Tusculanensi, Galeotto Spinelli. Ei

quo-

quoque in deliciis fuit eruditus Vir Gulielmus de Pastrengo, Franciscus SS. Apost. Abbas, Senucius, & Arnoldius Florentini, Item Io. Andreas Boniensis, Florianus Ariminensis Musicus, Bonaventura Basrus, Marcus, & Bartholomæus Ianuenses, Io. Pergomensis Causidicus, Io. Tricastrinus Episcopus, Sagramorus de Pomeriis, Colutius Stignanus, Matthæus Longus, Lucas de Penna, Ianinus Gram. Placentinus, Philippus de Masseriis, Franciscus Vrsinus, Paulus de Bernardo Venetus, Nicolaus Sigerus, à quo excepit dono Homeri opera, quemadmodum testis est Epist. II. Lib. IX. Famil. *Misisti ad me de Europæ ultimis donum, quo nullum vel te dignius, vel mihi gratius, vel re ipsa nobilius mittere potuisses*. Et alii ferè innumeri, quorum maiorem partem peste anno 1348. abreptam acerbè flevit. Inter clarissimos Ioan. Boccacium, & Lombardum Sericum superstites habuit, Vir ob mutuum animi candorem omnium amore dignissimus, in quo fidem meruit Poetæ illud:

Multum in amore fides, multum constantia prodest.

Sericum verò in secundis hæredibus scripsit, maximo amoris indicio. Sed adeo ille solitudinis amator fuit, ut in quadam epistola ad Petrarcham, usque adeo frequentiam civitatis abhorrere se dicit, ut cum magno visendi amici desiderio teneretur, metu tamen revisendę urbis ubi tunc Petrarcha in canonicorum collegium ascitus morabatur, à concupito amici aspectu sese continuerit.

EXI-

EXISTIMATIO APVD PRINCIPES ET ALIOS.

Cap. XII.

SCIENTIARVM & Artium ęstimatio nō aliūde maior exoritur, quam ex proba morum & temporum qualitate, non secus, ac aeris temperie frugibus quidquid ineſt dulcedinis & ſaporis impertit. Terram prodeſſe mortalibus emiſſis à ſe fructibus molientem aeris clementia iuuat, & eandem fertilem reddit, ſecus inclementia ſterilem & immitem: ita felicibus & pacatis temporibus ingenuis artibus plurimum & loci & auctoritatis accedit. Auguſti æuum, quod aureum meritò appellamus, indulgentia Principis, qui ſerenitate ſua, ut Rufus ait, mundi tenebras diſcuſſerat, ingenia ad ſupremam claritudinem extulit. Tunc verè latini Orbis ſidera, Virgilius, Flaccus, Propertius, Tibullus, Aſinius, Meſſala, noſter Liuius, cęterique inclaruerunt. Antoninuſque cognomento Pius ab amore ſapientiæ, quam Philoſophiam nominamus, non alienus, Aphrodiſæum, Galenum, Ptolomæum, Athenæum, Phauorinum, pręter alios ſalutares Orbi Viros, inter ſalutantes in veſtibulo habuit. Erunt Literę donec Mœcenates, quę munera bonitatis nunc ſparſiua manu, nunc remiſſiori ſidere literis elargiuntur, uberius noſtro tempori quam antea unquam indultura. Habent enim quomodo ſub DOMINICO MOLINO Senatori Veneto ampliſſimo deuię virtutes reparentur; eaſque jam exulantes retinere uidetur Eminentiſſ. Cardinalis LAELIVS BISCIA, cuius clypeo fulgens inſomnis draco nō Atlantidum ſed Muſarum ſiluas ſua tutela pręmunit. Cuius ſileo in me transfuſum nuperę humanitatis officium. me enim mea merita loqui non ſinunt, niſi quod laudata humanitate

Emi-

Eminentissimi Viri gratiam habent, quæ modestia mea non nisi ingratè tacerentur; qua ipse animi propensione Andream & Ioannem filium Argolos, Viros fama clarissimos, Ascanium Belmisserium, & Leonem Allatium, undequaque celeberrima ingenia fouet primo, deinde quæsito splendore tutatus est. Sed ne iis, quæ præter institutum, diutius immorer, trãquillo inquam ac specioso otio animus solers semper & quo se exerceat, occasionem in ea quietam habet, turbido autem ac tumultuario sęculo opprimitur & torpescit. Nempe commercii nihil Musis, otium adamantibus, cum armorum strepitu, & bellorum turbinibus intercedit. Otia planè fulciunt literas & Poesim, bella deprimunt, & extinguunt. Ea re pacatis ac sedatis Italię rebus PETRARCHA verę elegantię Viridarium aperuisse fertur, eoque nomine cultum & amorem Virorum nobilitate & eruditione Principum meruisse. Auinione enim apud Summum Pontificem degens cum omnibus acceptus esset, amabatur in primis à IACOBO & IOANNE fratribus de Columna, qui tum eiusdem in Pontificis curia nobilitate generis, Pręlaturę excellentia, rerum Ecclesiasticarum notitia magni erant. IOANNES enim tum Cardinalis, IACOBVS uero Lomberiensis Episcopus, inter cęteros eminebant, quorum à postremo in Vasconiam, quę olim Aquitania dicebatur, ductus, sub collibus Pyreneis ęstatem propè cęlestem, ut ipsemet fatetur, multa & Domini & Comitum jucunditate transegit. Regressus inde, apud Cardinalem diù, non quasi sub domino, sed sub patre, vixit, imò teste Vergerio ferè cum amantissimo fratre, domique suę coniunctissimè vixit. Quantum apud ipsum habebat fidei testatus est amplissimè Cardinalis ipse, qui familiam Fratrem etiam Agapitum in negotio domestico adigens sacramento, nudis PETRARCHAE verbis se contentum pronunciauit. Pari illum amore STEPHANVS de Columna prosecutus est, ipsiusmet Poetæ testimonio, quod apponam: *Ibi ergo iam nosci Ego & familiaritas mea à Magnis Viris expeti cœperat. Cur autem, nescire nunc me fateor, et mira-*

ri;

vi: tunc equidem non mirabar, ut qui mihi more ætatis omni honore dignissimus viderer. Ante alios expetitus fui à Columnensium clara & generosa familia, quæ tunc Romanam Curiam frequentabat, dicam melius illustrabat, à quibus accitus, & mihi nescio, an & nunc & tunc certè indebito in honore habitus, ab illustri & incomparabili Viro Iacobo de Columna, Lomberiensi tunc Episcopo, cui nescio an parem viderim, seu visurus sim, in Vasconiam ductus sub Collibus Pyreneis æstatem propè cælestem multa & domini & Comitum iucunditatę transegi, ut semper tempus illud memoranda suspirem. Inde rediens, sub fratre eius Ioan. de Columna Cardinale multos per annos, non quasi sub domino, sed sub patre, immo ne id quidem, sed cum fratre amantissimo, immo mecum, & propria mea in domo fui. Et Epistola II. Lib. V. Famil. ad Ioannem Columnensem. *Gratias ago cum pro aliјs multis, tum pro eo, quod quoties Romam peto, totiens uberrimo tuarum literarum favore prævenior. Agnosco insidias amoris tui, neque enim ut homo, sed ut Angelus excipior.* Mitto huius generis alia, quæ passim in Epistolis occurrunt. Philippus Patha Episcopus Caualliensis, Patriarcha Hierosolymitanus, & S. R. E. Cardinalis etiam affectu Vatis nostri fortunam extollere visus est, cui ille sua Opera *De Solitudine, & Ocio Religiosorum*, incepta in ipsius villa, inscripsit. Eodem animo ipsum pariter prosecuti sunt Philippus Sabinensis, & Bernardus Ruthenensis Cardinales, Talauandus Albanensis Episcopus, & Cardinalis Ioan. Olmutiensis Episcopus, & Imperialis Aulæ Cancellarius, nec non Ildebrandinus Episcopus Patavinus, quod suis ad ipsos Epistolis & carminibus testatum reliquit Poeta. Vrsus quoque Anguillariæ Comes, ut & Iordanus ex filiis Vrsi, Senatores Vrbis, quique Petrarchæ Poeticam (ut docuimus) Lauream contulere, singulari in eundem propensione fuere. Ferebant eum in oculis Nobiles de Corrigia, qui Parmæ summo cum imperio præerant, apud quos & aliquando se fuisse ostẽdit in Epistola, quam ad IOANNEM Columnam Cardinalem dedit. *Hodierno die (quod tibi gaudium quoque significo) ductu, et auspicijs amicorum tuorum de Corrigia Parmam ingressus sum. Hic*

ergo precibus eorum victus, quibus veniam accessurum ipsi sperant, ut ego non dubito æstatem agere animum induxi. Iurant enim præsentia mea admodum egere, quod indulgentiæ, non necessitatis esse, certum est. Et Ecclesiæ Cathedralis Archidiaconus (ut aliquid illi conferre viderentur) designatus, iam quidem à puero clericalem duxi vitam.
His accessit Scaligerorum Veronensium Despotarum familiaritas. Ad hæc Vicecomites Galeacius & Luchinus Mediolani Domini, & Guidonus de Gonzaga Mantuæ Patronus Poetam summopere dilexerunt. Galeacius autem Vicecomes cum Barnaba fratre Insubribus imperans, à Carolo IV. Cæsare obtinuit, ut intermissa Academia Ticinensis renouaretur. Ibi Petrarchæ consiliarii monitu Bibliothecam omnium disciplinarum Codicibus refertam in arce Ticinensi instruxit, ut auctor Pancirolus de I. C. lib. 2. pag. 210. Familiariter etiam eo utebatur Pandulphus Malatesta. Is Poetæ fama motus pictorem misit in Prouinciam Galliæ, ut eius effigie gauderet, quē nunquam viderat, sed & Mediolani valetudinarius in Poetæ Museum adportari voluit, ut virum cerneret inter Musas versantem, cuius iconem denuo erudita manu delineari curauit. Accedit ad fauoris cumulum, quo ille à diuersis honestabatur, cum inter Venetos & Patauinos multa gererentur hostiliter, Gaspar Veronensis literis promisit Petrarchæ impunitatem incendii, si ædibus suis nomen suum præfigeret. Ac ne exteros memorem solos, fauentem sibi in primis habuit Iacobum Carrariensem Iuniorem, qui Paduæ dominium nactus sæpe illum ac sæpius Patauium accersiisse fertur, cuius voti tādem compos, sic ad se venientem excepit, ut ab illo se PETRARCHA non humanè, sed ut in cælum recipiuntur animę acceptum tradat, decoratusque eiusdem opera fuerit ditissimo Canonicatu Patauino. Audiamus Poetam ipsum huius insignis beneuolentiæ testem in calce Epistolę sepius memoratæ ad Post. *Longum post tempus, viri optimi, et cuius nescio an è numero dominorum quisquam similis sua ætate vir fuerit, immo vero scio, quod nullus IACOBI de Carraria Iunioris famæ præconio bene-*
uolen-

uolentiam adeptus, nuncijs quoque et literis usque trans Alpes, quando ibi eram, et per Italiam ubicunque fui, multos per annos tantis precibus fatigatus sum, et in suam solicitatus amicitiam, ut quamuis de felicibus nil sperarem, decreueram tandem ipsum adire, & videre, quid sibi hæc magni & ignoti Viri tanta vellet instantia: itaque serò quidem Patauium veni, ubi ab illo clarissimæ memoriæ viro, non humanè tantum, sed sicut in cælum felices animæ recipiuntur, acceptus sum tanto cum gaudio, tamque inæstimabili charitate ac pietate, ut quia æquare eam verbis posse non spero: silentio opprimenda sit. Inter multa sciens me clericalem vitam à pueritia tenuisse, ut me non sibi solum, sed etiam patriæ arctius astringeret, me Canonicum Paduæ fieri fecit, & ad summam, si vita sibi longior fuißet, mihi erroris & itinerum omnium finis erat. Certauit paribus in illum officiis cum Iacobo patre Franciscus filius paternæ Virtutis studiosissimus æmulator. Quid verò his immoror? Galliæ Reges, Summiq; Pontifices quatuor nempe CLEMENS VI. INNOCENTIVS VI. VRBANVS V. GREGORIVS XI. Petrarcham summo amore prosecuti variis eundem beneficiis Ecclesiasticis exornarunt. Testatur id ipsemet Epistola retro memorata lib. IX. Seniliũ. *Summus Pontifex, nullis meis erga eum meritis, ut cui visus nunquã, & vix fama ambigua notus eram, nullis meis precibus, sed liberalitate, & clementia sua sola prebendulam illam perexiguam quidem, sed locorum mihi ubi à pueritia educatus essem, consideratione gratissimam proprio contulit instinctu.* Quin uno eodemque tempore se ab Imperatore & à Galliarum Rege, necnon à Pontifice Maximo summopere expetitum tradidit Senil. Epistol. ad Simonidem suum Lib. I. *Simul me hinc Romanus Cæsar, hinc Francorum Rex certatim euocant, his promissis, hisque muneribus, iam præmissis, quæ si pergam exsequi, & longum erit, & videbitur fabulosum. Mirum prorsus, unde duobus Principibus armatis, & unius inermis, & iam senescentis clerici cura est. Nouissimè verùm Summus Pontifex, hic solitus Nigromanticum opinari, & ipse me altis vocibus ad se vocat, duobus iam nunc beneficijs collatis, pluribus si paream oblatis; hic enim vero miri nihil, quoniam causa nota est, vult me ad officium Secretorum,*

quod

quod Zenobius noster gessit, quodque nec ipse, nec prædecessor unquam secus habuisset, nisi ego illud oblatum mihi perquamhonorificè multos ante annos recusassem. Facti causam reddit ipse Libri dicti Epistol. III. ad Cardinalem Talauandum Episcopum Albanensem: *Video me vocari ad luctam, ad honorem, ad laborem, ferè cunctis optata mortalibus: mihi vero cum in multis nihil conuenit. Proinde nec fortuna mea, nec animus lucri egens, nec professio, vitæque genus honorum talium, neque occupatio, ætasque deuectior laborum. Excusabis me iterũ Põtifici, ne quod modestiæ est, insolentiæ tribuatur.* Bina vero hæc Beneficia fuerunt Canonicatus Cauallienfis, quem à CLEMENTE VI. Pont. Max. obtinuit, & Archidiaconatus Parmensis, ad quem idem illum Pontifex prouexit, exemitque Ordinarii & Metropolitani Iurisdictioni. Detulit & idem illi Pontifex Curam S. Angeli de Castiglione Aretinę Diœcesis. Cæterùm jam ante à BENEDICTO XII. Canonicatu Ecclesiæ Lomberiensis donatum fuisse ex scriptis præclarissimi & integerrimi Viri D. Torquati Peroti Episc. Amerini humanissimè nobis Roma missis accepimus. Extat, & de singulari Pontificis Maximi erga Petrarcham beneuolentia luculentissimum, pręter alterum supetius, testimonium in Epistolis Famil. Lib. III. ad Thomam Messanensem, ubi hæc habentur, Epist. XI. *Mitto alia ijs fortassè mirabilia, qui nescirent, quam familiariter olim cunctorum Dominus Augustus Cæsar Virgilium ciuem suum dilexerit.* Et paulo inferius: *Quorum recordatio quantum miraculo adimit, tantum adijcit lætitiæ, dum talibus exemplis me misceri sentio, tantæque laudis mihi aditum aperiri. Quoniam ut alter ex his Cæsareis amicis ait:*

Principibus placuisse Viris, non ultima laus est.

Neque apud Imperatorem CAROLVM IV. inferiori erat loco, ut etiam hisce verbis Lib. XII. Epistol. Famil. VII. suæ maiestati Amicum commendare non fuerit veritus. *Testor maiestatem tuam Cæsar, quæ mihi cuiuspiam numinis loco est, virum hunc Cæsareo favore dignissimum.* Sed in amando PETRARCHA nemini concessisse ROBERTVM Siciliæ Regem eximium litera-

torum

torum Mæcenatem suo ævo, ex his facile quisque coniecerit, quæ de illo Vates idem transmisit ad posteros in æternitatem omnem. *Neapolim petere institui, & veni ad illum summum Regem, & Philosophum Robertum, non tam regno, quàm literis clariorem, quē unicum Regem, & scientiæ amicum & virtutis nostra ætas habuit, ut ipse de me, quod sibi visum esset, censeret. A quo qualiter visus, & cui quàm acceptus fuerim, & ipse nunc miror, & tu si noveris Lector, puto mirabere. Audita autem adventus mei causa, mirum in modum exhilaratus est, & iuvenilem cogitans fiduciam, & forsitan cogitans honorem, quem peterem sua gloria non vacare, quod ego eum solum iudicem idoneum è cunctis mortalibus elegissem. Quid multa? Post innumeras verborum collationes, variis de rebus ostensamque sibi Africam illam meam, qua usque adeo delectatus est, ut eam sibi inscribi magno pro munere posceret; quod nec negare potui, certè nec volui, super eo tandem quo veneram, certum mihi deputavit diem, & à meridie ad vesperam me tenuit, & quoniam crescente materia breve tempus apparuit, duobus proximis diebus idem fuit, sic triduo excussa ignorantia mea, die tertio me dignum Laurea iudicavit.* Ascripsit & illum in Clericum & familiarem suum, quod indicio humanissimi & doctissimi Viri Alexandri Galli Episcopi Massæ Magni Iacobi I. C. illius filii debeo, hoc modo ad me transmisso.

EXEMPLVM LITERARVM ROBERTI REGIS, quibus FRANCISCVM PETRARCHAM sibi in Clericum & Familiarem suum retinendum sanxit. Ex Archiuo Regiæ Siclæ Neapol. in Registro Regis signato 1340. Litera A. fol. 36. à tergo.

ROBERTVS &c. *Vniversis præsentes literas inspecturis. Fervorem erga Maiestatem nostram devotionis præcipuè ac in Poeticis maxime sufficientiam, fide dignorum quam plurimorum iudicio, ipsaque experientia certius Nobis notam, nec minus alia laudabilis conditionis merita virtutis testimonium propensius confovenda prudentis Viri Magistri* FRANCISCI PETRARCHAE *de Florentia in examine gratæ considerationis ducentes, quibus non indignè se reddidit uberioris nostræ prosequutionis capaces; Ipsum in Presbyterum, & Familiarem*

nostrum domesticum, ac de nostro hospitio duximus de certa nostra sciẽtia, tenore præsentium retinendum. Recepto prius ab eo solito in talibus iuramento; Volentes & expressè mandantes, ut illis honoribus, favoribus, privilegijs & prærogativis alijs potiatur, & gaudeat, quibus cæteri Clerici, & Familiares nostri domestici potiuntur, & gaudent, ac potiri & gaudere soliti sunt & debent. In cuius rei testimonium præsentes literas fieri & pendenti Maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri. Datæ Neapoli per Ioannem Grillum de Salerno &c. Anno Domini MCCCXXXXI. Die II. Aprilis IX. Ind. Regnorum nostrorum Anno XXXII. feliciter. Amen.

Meruit & affectum Reginæ IOANNAE PRIMAE, quod aliud eiusdem Archiui scriptum indicat, petitum ex registro IOANNAE dictæ signato 1343. Litera B. Fol. 17.

IOANNA &c. *Tenore præsentium notum facimus Universis earum seriem inspecturis, quod delectabiliter advertentes specialem prosecutionis affectum, quem claræ memoriæ Inclitus Princeps Dominus Robertus Ierusalem et Siciliæ Rex Illustris Reverendus Dominus Auus noster gessit dum viveret, ad prudentem Virum Magistrum Franciscum Petrarcham de Florentia, cum ipsius Domini Aui nostri expectata in opportunum tempus ex devotionis licentia Poeticæ scientiæ in Urbe Romana Priscorum venerabili more temporum Laurea insignitum, & alias virtute discretiva vigentem, dignisque meritis præditum, quorum consideratione benigna in domesticum Capellanum sive Clericum suum suggerente, & nihilominus proprio quodam instinctu uberioris caritatis admisit. Et perinde huiusmodi Regia imitatione auita erga eum conformiter nostræ sinceritatem benevolentiæ propagantes ipsum similiter in Capellanum, seu Clericum nostrum domesticum, ac de nostro hospitio duximus de certa scientia, & speciali gratia retinendum, recepto prius ab eo solito in talibus iuramento, Volentes ut illis honoribus, fauoribus, priuilegijs, prærogatiuis & gratijs de cætero potiatur, & gaudeat, quibus cæteri alij Capellani seu Clerici nostri domestici, ac de nostro hospitio potiuntur, & gaudent, ac gaudere & potiri soliti sunt & debent. In cuius rei testimonium præsentes literas fieri & pendenti Maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri. Datum Neapoli per Adi-*

nulfum

nulfum Cumanum de Neapoli &c. Anno Domini M CCC XLIII. Die XXV. Nouembris XII. Ind. Regnorum nostrorum Anno primo. Memoria quoque dignum censuit Lib. XII. Epist. Famil. VIII. quam gratus fuerit ANNAE Imperatrici, cui de fœmineo partu ibidem sic gratulatur. *Tuæ Serenitatis Epistolam gloriosissima Augusta lætus, reverensque suscepi, ubi quid primum mirer? tantamne hac tam iuuenili ætate sapientiam? an eminentissima hac fortuna tã insolitam, & tam raram humanitatem tuam, qua me unum ex pusillis tuis toto penè orbe disiunctum facundissimo nuntio, & familiarissimis literis gaudii tui participem fieri velle dignata es? Pro quo quidem non Lucinæ, ut olim veræ lucis ignari gentiles, sed Christo lucis & vitæ & bonorum omnium auctori quantum possum tecum gratias ago, qui adolescentiam tuam non tibi tantum, sed toti Imperio votiua fœcunditate lætificat.* Sed imponant coronidem huic Capiti de fortuna sibi ob amicitiam Principum assurgente scripta ab eodem in hæc verba, quæ quod huc apprimè faciant, & PETRARCHAE famam longè clariorem reddant, describere non gravabor. *Principum ac Regum familiaritatibus, & Nobilium amicitiis, usque ad inuidiam fortunatus fui. Sed hoc est supplicium senescentium, ut suorum sæpissimè mortes fleant. Maximi Regum, & meæ ætatis amarunt et coluerunt me. cur autem, nescio: ipsi viderint. et ita cum quibusdam fui, ut ipsi quodammodo mecum essent, et eminentiæ eorum nullum tædium, commoda multa perceperim. Multos tamen eorum, quos valde amabam, effugi.* Variorum igitur Principum ac Mæcenatum usus præsidio supra sæculi sui ordinem extra futuræ ætatis quoque ingenia evasit PETRARCHA; Columnensium præcipuè tutus familiaritate, ut sæpius diximus, quorum domus ei Parnassus fuit, & Capitolium in triumpho alterum extitit. Quæ COLVMNENSIVM decora, nulla unquam delebit obliuio, de ipsorum quippe humanitate tanti Viri scripta luculentissima dederunt indicia, sed insignis ea maiorum virtus etiam in posteros transfusa adhuc Excellentiss. D. POMPEI COLVMNAE Gabiorum Principis maximi inter Auos, nunc ornamenti summa in eruditos iure veluti hæreditario gratia

 elucet:

elucet: nec minus Herois Illustriss. D. CAMILLI eius auunculi reuiuiscit ex Columnensibus in literatos humanitas, cùm doctissimus ipse Mæcenatis quodam munere & intelligit mirè & adiuuat literas. Absoluit denique Columnensium erga eruditos patrocinii laudem HIERONYMVS S.R.E Cardinalis Eminentissimus. Petrarchæ igitur dignitas, nominisque fama adeo increbuit, ut ex diuersis Galliæ partibus plurimi accederent eius videndi causa. Sed quod memoria dignum, cæcus quidem Poeta Perusinus Pontremoli Grammaticus PETRARCHAM Neapolim frustra consectatus in varias se vertit Italiæ partes, donec tandem ipsum Parmæ offenderet, ubi summo tot laborum solatio triduum Vati adhæsit, vixque ab eo auelli potuit, cuius Poemata perpetuo in ore habebat. Hęc apud Principes Vatis nostri existimatio, hi apud cæteros honores, quos utcumque rudi nos calamo exsecuti sumus. Verum pennis fama melioribus fœcunda per ora hominum Poetam circumferens non sinet Letheis immergi aquis.

SER. REIP. VENETAE AFFECTVS IN FIDEM ET OBSEQVIVM POETAE.

Cap. XIII.



Ec foris tantum, sed domi etiam Senatoribus Venetis non minus quam Principibus gratus erat *Petrarcha*, plurimis ipsorum summa necessitudine coniunctus; sed præcipuè ANDREAE Dandulo literis amœnioribus ornatissimo Duci, nec non MARINO Falerio, IOANNI Gradenico, & LAVRENTIO Celsi, Ducibus huius Ser. Reipublicæ Venetæ longè carissimus, locupletissimo ea de re suarum Epistolarum testimonio, pro quibus & aliorum Epistolæ suffragium ferunt. Hinc sæpius Venetias con-

concedebat, ubi domus eiusdem apud Monasterium S. Sepulchri adhuc visitur, in qua sibi decreto publico per vitam concessa morabatur, dum pro Mediolanensibus Ducibus Oratoris munus apud Sereniss. Senatum Venetum obiret: eaque postea usus, quoties recreandi animi gratia, aut inuisendi amicos, è Collibus Euganeis, vel ex urbe Patauina Venetias accederet. Hæc autem Domus familiæ Molinæ de *duabus Turribus* cognomen retinuerat, quam ędificauerat Henricus pater Andreæ Senatoris amplissimi, cuius filius Lucas ætate Squarciafici paternas ædes incoluit. Nec immerito tot honoribus & beneficiis ornabatur, qui uniuersi orbis splendor tam prolixè & præclarè de hac Republica secum statuebat, ut non veritus fuerit in quadam ad Summum Pontificem Epistola Libr. IX. Senilium inserta in hæc verba prorumpere: *omnibus* (magnis urbibus) *opponam vel hanc unam, unde hæc tibi scribo, Venetorum urbem maximam, imo regnũ ingens, cui magna olim regna subiecta sunt, urbem longè dissimilem cæteris, utque ego dicere soleo, Orbem alterum, quæ tunc nihil, aut minimum fuit, quamuis et Veneti Ducis et Venetiæ, non Vrbis sed prouinciæ nomen antiquissimum sit.* Et prolixiùs initio Epistolæ II. Libri IV. eiusdem argumenti Petro Rhetori Bononiensi Venetorum ludos describens: *Quod pulchrius, siue quod iustius spectaculum fingi potest, quam iustissimam ciuitatem, non de vicinorum iniurijs, non de simultatibus ciuium, aut rapinis, ut reliquas; sed de sola iustitia gaudentem cernere? Augustissima Venetorum Vrbs, quæ una hodie libertatis ac pacis, et iustitiæ domus est, unum bonorum refugium, unus portus, quem bene uiuere cupientium tyrannicis undique ac bellicis temporibus quassæ rates petat. Vrbs auri diues, sed ditior fama, potens opibus, sed virtute potentior, solidis fundata marmoribus, sed solidiore etiam fundamento ciuilis concordiæ stabilita, salsis cincta fluctibus, sed salsioribus tuta consilijs.* Reliquis verò omissis illud saltem indidem non silebo, quod Petrarcha cùm Anno MCCCLXIV. Ad II. Nonas Iun. Archiepiscopo Patrensi sui amicissimo associatus hora fermè diei sexta ludos Venetæ juuentutis spectasset, alia vice à Duce Ve-

neto ad eorundem spectacula invitaretur. Quem honorem non sine dignis adeo benigni Principis laudibus sic extulit. *Dux Laurentius verè Celsus, Vir nisi me forsitan amor fallit & magnitudine animi, & suavitate morum, & virtutum studio, superque omnia singulari pietate atque amore patriæ memorandus, cum immenso procerum comitatu frontem templi supra vestibulum occuparat; unde marmoreo è suggestu essent cuncta sub pedibus. Locus est, ubi quatuor illi ænei & aurati equi stant, antiqui operis, ac præclari, quisquis ille fuit, artificis, ex alto penè vivis adimentes ac pedibus obstrepentes, neve æstivus sol, pronus ad vesperam, aut castore offenderet, aut fulgore, diversi coloris auleis usquequaque pendentibus provisum erat. Illic ego rogatus, quæ crebra dignatio Ducis est, ad dexteram eius sedi, verum bidui spectaculo contentus de reliquo occupationem nulli incognitam excusavi.* Nec solis contentus verborum præconiis, ut re ipsa posteris etiam perpetuum obsequii ac cultus monumentum in Ser. Remp. Venetam ac Divum Marcum extaret, Bibliothecam suam dono obtulit. Quare Patres Amplissimi tale Decretum in Petrarchæ memoriam & benevolentiam Anno 1362. die IV. Septembris retulere, quod ex Sansovini Lib. I. De rebus Venetis ut repeteretur dignum fuit: *Considerando quanto habbi ad esser à laude di Dio, e del B. Marco Euangelista, & ad honor, & fama, quello ch'è offerto per D. Francesco Petrarcha, la cui fama hoggi è tāta in tutto il mondo, che non si hà in memoria di huomini, che frà Christiani sia stato giamai, ò sia, un Filosofo Morale, & un Poeta, che gli si possa paragonare, sia accettata la sua oblatione secondo la forma della infrascritta polizza scritta di sua mano. Et sia preso, che si possa spendere del Monte, per la casa, & habitatione sua in vita sua per modo di affitto, si come parerà alli Consiglieri, & Capi, ò alla maggior parte Offerendo li Procuratori della Chiesa di S. Marco, far le spese necessarie per il luogo doue haueranno ad esser riposti, & conseruati i suoi libri.* Et il tenore della pollizza è questa.

Desidera Francesco Petrarcha di hauer herede il B. Marco Euangelista se così piacerà à Christo, & à lui, di non so quanti libretti, i quali egli possiede al presente, ò che forse posederà. Con questo che i libri non sieno

no venduti, ne per qual si voglia modo mal trattati, mà sieno conseruati in alcun luogo da esser deputato à questo effetto, il qual sia sicuro dal fuoco, & dalle pioggie à honor di esso Santo, & à memoria di esso Francesco, & per consolazione, et commodo perpetuo degli ingegnosi, et nobili di questa Città, che si diletteranno di cose tali. etc.

Egregium certè grati animi studium, quod summos postea viros Cardinales Bessarionem, Hieronymum Aleandrum, & Grimannum, in sui exemplũ traxit non minori rei literariæ incremento, quam documento intemeratæ devotionis in beatam Musarum sedem: quæ toti Italiæ, ne dicam Europæ rarissimos diversæ notitiæ scriptores patefecit. Huius vero muneris memoriam publico in æde S. Sepulchri monumento conservari placuit Venetiis. Plures autem Petrarcham habuisse Bibliothecas ex ipsius Epistolis cõstat. Nimirum in Valle Clausa unam, quam filius custodis domus, dum in Vallem latrones irruerent, translatam in Arcem ab impiorum furore liberavit. Alteram Parmæ, quam sub Italici Parnassi nomine concelebrat: tertiam Veronæ, in qua sub die xxv. Ianuarii Anno pestilentiæ memorabili terræmotum persensit. Nec Arquadæ in Collibus suburbanis hac supellectile destituebatur. Epistolas Ciceronis ad Atticum calamo scriptas è bibliotheca Petrarchæ apud Petrum Victorium ingentis doctrinæ virum dilaudat Sebastianus Corradus in Præfatione scholiorum ad Lectorem. Ex quibus omnibus selectiores Reipublicæ Serenissimæ donasse jam senio confectum credibile est. Quamquam & bona rariorum pars aliò fuerit distracta, è quibus Aetnam Claudiano ascriptam se vidisse fatetur Lilius Gyraldus de Latinis Poetis dialogo IV. Nec tamen ij Codices in Bibliothecam D.Marci repositi, sed in peculiarem locum trãslati in sacræ Aedis fastigio, apud equos æneos Plateam versus, ubi commissariæ (ut loquuntur) scripturæ Procuratorum D. Marci asservantur, propè cellam Abbatis Ioachimi. Vnde me in eos inquirente Illustriss. Viri & de re literaria benè meriti, D.Benedicti Capelli Serenissimi Francisci Erizii Ducis ex

sorore nepotis indicio, pro summa ipsius vigilantia in lucem producti, inque ordinem ut licuit redacti, providentia Illustrissimorum Senatorum ac D. Marci Procuratorum Francisci Mauroceni, Francisci Molini Thesaurarii, & Ioannis Nani. Immane verò in ipsos Codices sævierat edax temporis calamitas eo dente, quo theatra, moles, Vrbes destruuntur. Adeo quicquid heic erat partim in pulverẽ inter manus penè collapsum, partim (dictu mirum) in saxa mutatum. Laudanda heic in primis egregia Cl. D. Fortunati Vlmi Abbatis Cassinensis diligentia, cui Sereniss. Senatus decreto hæc erat commissa cura, ut libellos tenebris eximeret, & eximium PETRARCHAE donum à temporis situ, ac tineis vindicaret. Horum, quos fortuna superstites voluit, Syllabum à viro laudato ad me perhumaniter transmissum curiosis non ingratum spero.

Missale vetustum in membranis in folio maiori, in quo non reperitur memoria Conceptionis B. Mariæ Virginis.

Antiphonarium geminum fol. in membr.

Psalterium in 8. in membr. & Breuiarium in 8. membr.

Precationes Missæ solemnes fol. paruo, membr.

Libri Iob, & Salomonis Sapientia, Ecclesiastes, & Cantica, in 4. magno. membr.

Prosperi Aquitani Carmina in 4. membr.

Aristotelis Opera, De Physico Auditu, De Cælo, & Mundo. De Meteoris, De Generatione, & de Anima.

Virgilij Aeneis in fol. paruo, membr.

Horatius de Arte Poetica in 4. membr.

Parabolæ Magistri Arnoldi de Villa Noua scilicet Regulæ Generales curationis morborum factæ, (ut ipse ait) ad honorem Illustriss. Regis Franciæ D. Philippi. Item Canones de Podagra. Item Abbreuiatio Regiminis auctorum. Tabulæ. Item liber de Conseruanda Sanitate. Abbreuiatio libri Prognosticorum, ubi & de Crisi. Tractatus Astrologicus pro Medicis. Quæ hodie ad nos pervenerunt omnia Lugd. impressa 1504. & alibi.

Compendium Medicinalis Astrologiæ à Fratre Nicolao de Paganica ordinis

dinis Predicatorum compilatum Anno 1330. in fol. maiori in membran.

Liber Logicæ Petri Hispani fol. minori in carta.

Fratris Guidonis Respiniani Carmelitani Catalani Quæstiones de Anima.

Liber de partibus Orationis, quatenus prædicamentaliter tunc tenetur à Magistro Spergilo Gambellato Papiensi compositus Anno 1319. fol. membr.

Quodlibeta Aegidij.

Alphabetum Persicum, Comanicum, & Latinum Anonymi scriptum Anno MCCCIII. Die XI. Iulii. Cuius libri initium est tale: *In nomine Domini Iesu Christi &c.* Hæc sunt prima verba & nomina de litera A.

Audio ------ *Mesnoem.* -------- *Esiturmen.*
Audis ------ *Mesnoy.* -------- *Esitursen.*
Audit ------ *Mesnoet.* -------- *Esitir.*

Liber Marchianæ Ruinæ qui continet bella Anni 1338. quo Sereniss. Reip. Venetæ accessit Vrbs Tarvisium. Cuius principium est.

Audiat aure trucem cordis pietate ruinam
Lector, & innumeras populi quas Marchia clades
Commissas depressa tulit sub tempore tetro:
Quo iuuenes tenuere Duces fulgentia sceptra.

Finis:

Vt placida te pace regat Rex usque supernus,
Dum spires: Requiem tandem tibi præstet amœnam.

Auctoris nomen hoc disticho in calce libri exprimitur.

Gente Ligur, Patria Ambrosij sum fertile nomen,
Est mihi stirpsque Ceres, mea spica est Apocopata.

VALLISCLVSA.



POETAE SECESSVS IN VALLEM CLAVSAM.

Cap. XIV.



OLITVDINIS utilitates & commoda quis dignè ſatis enarrabit? Solitudo laborum quies eſt, civilium ſeditionum obex, vitæ ſecuritas, animi dulcedo, felicitatis flos, tranquillitatis aura, cibus animi, ſtudiorum condimentum, ſtudentium vita, nutrimentum operum, bonique tandem ac beatè viuendi recta methodus, ac theſaurus, nullo æquè argento vel auro æſtimandus. Surgit ſolitudinis amans è lecto ſomno brevi recreatus, non fracto curis domeſticis, ſed expleto; aut certè pernoctantis Philomelæ cantibus experrectus, alacer in ſilvã tendit, ubi floreum ſedile nactus, ſalubremue collem, lætus ibi conſiſtit, primoque ſolis iubare iam exorto divinas in laudes ore pio prorumpens, longèque ſuaviùs, ſi ductis è pectore ſuſpiriis lene proni gurgitis murmur adſtrepat, aut dulci aves concentu accinant, innocentiam vitæ, linguæ frænum, oculorum velum, candorem cordis, vecordiæ fugam, domitricem carnis abſtinentiam, precatur è cœlo. Vno ille contentus famulo modeſto ſub loco, mundam menſam nulla re magis exornatã, quam frugalitate. Adſunt illi pro tumultu requies, pro ſtrepitu ſilentium obverſatur. Spectaræ cælum auet, non aurum; calcare terram, non purpuram concupiſcit. Nullis penitus invidet, nullum odit, ſorte contentus ſua, & fortunæ iniuriis inacceſſus, nihil planè metuit, exhorreſcit nihil. Enimvero ſciens non ſpargi venena fictilibus, & humanæ vitæ pauca ſufficere, ſummaſque divitias eſſe nil optare, ſummum imperium nil timere, lætum agit & tranquillum æuũ, placidas noctes, ocioſos dies, & ſecura convivia. Is liber ſe-

dei,

det, intrepidus nullas struit, aut cavet insidias; scit se amari, non sua; scit mortē suam nulli utilem, nulli damnosam vitam, nec multum interesse arbitratur quamdiu sed quàm benè viuat: nec ubi, aut quando moriatur, magni existimat; sed qualiter, in id unum summo studio intentus, ut bene actam vitæ fabulam, pulchro fine concludat. Secum hæc animo reputans PETRARCHA noster vitam hanc inprimis adamare cœpit, magnisq; semper conatibus amplexatus est, quippe quæ Musis, & Apollini grata semper extiterit, & ab eorumdem cultoribus insigniter perpetuò culta. Solitudo nempe sine literis exilium, carcer est, equuleus: sociata vero literis, patria libertas sola, solidaque mentis voluptas est, ut non immerito noster idem PETRARCHA cecinerit:

Silua placet Musis, Vrbs est inimica Poetis.

Quippe rarò potest contingere eum qui habitat Vrbem non conveniri, distrahi, occupari. Ea de re vates Græcos pariter & Latinos spectata solitudinis ntilitate ruris dona prolixius suis in carminibus extulisse legimus, & agros urbibus prætulisse. nec aliunde tot fontibus, tot amœnissimis Vallibus, tot iugis montium, ubique Musis, & poeticis Numinibus consecratis ingentem accessisse famam, quàm quod his in locis degentes Poetæ accommodatissimum commentationibus suis secessum procul ab hominum turbis & negotiorum turbinibus repetere. Hinc ille Orphei inter silvestria dumeta, & prærupta saxa suavis adeo, & ipsis vel surdis roboribus exauditus cātus: Hinc VALLIS CLAVSAE fama toto terrarum orbe una cum FRANCISCI nostri nomine decantata: Hinc SILVA PLANA trans Entiam amnem Rheginis in finibus per ipsum nota: Hinc ARQVADAE collis, ab indigenis, atque exteris, Vatis eiusdem gratia sedulò frequentatus. Quibus in locis noster divinus Vates maiorem vitæ suæ partem egit. Huc curarum iactatus fluctibus se recepit, heic tanquam in portu tutissimo conquieuit. Clausæ Vallis alumno ætatem floridam; Arquadæ colles placidam Viri solitudinis amantissimi senectutem

ctutem

ctutem reddidit: ut hi non minus quam illa digni planè ſint, quæ perennibus literarum monumentis æternùm vivant. Alpium radices provinciam Narbonenſem ſpectantes lòcus occupat vulgò VALLIS CLAVSA dictus: illic

Fons eſt illimis, nitidis argenteus undis,

Sorgiæ, qui miro ſuæ naturæ decore, è ſpecu quod non remotioris præcipitii tanta undarum copia redundat, ut ſtatim plenus, & iam ſui potens amnis eſſe optimorum piſcium ferax incipiat, ac tandem in Rhodanum poſt multas ambages rupium elabatur. De quo ſic Vates ipſe Lib. III. Epiſtolarum.

mons horridus auras
Excipit ac nimbos, & in æthera cornibus exit.
Ima tenent fontes, Nympharum nobile regnum,
Sorgia ſurgit ibi, querulis placidiſſimus undis,
Et gelida prædulcis aqua ſpectabile monſtrum
Alueus, ut virides vitreos tegit amne ſmaragdos.

Ad huius originem Petrarcha ętate adhuc iuuenili, caſam ſtatuit, quam ſibi ab omnium perturbationum caſtris exauctorato, tamquam militi veterano, tranquilli ocii ſedem faceret, ubi multis annis parvo prædio, quod ſibi emerat, contentus, & agricolæ ſui laborum, & menſæ particeps, vitam non frugalem tantum, ſed & diuinam egit. Quid hic porrò aura diuina fretus cùm ab orando & contemplando otium illi foret, ſcripſerit, indicauit ipſe ad poſteritatem: *Inde etiam* (Roma) *reuerſus cum omnium, ſed in partis illius tædioſiſſimæ Vrbis faſtidium, atque odium naturaliter animo meo inſitum ferre non poſſem, diuerticulum aliquod, quaſi portum quærens, reperi Vallem perexiguam, ſed ſolitariam, atque amœnam, quæ* CLAVSA *dicitur, quindecim paſſuum millibus ab Auinione diſtantem, ubi fontium Rex omnium* SORGA *oritur. Captus loci dulcedine, libellos meos & me ipſum illuc tranſtuli. Longa erit hiſtoria, ſi pergam exequi, quid ibi multos ac multos egerim per annos. Hæc eſt ſumma; quod quicquid ferè opuſculorum mihi excidit, ibi vel cæptum, vel conceptum eſt, quæ tam multa fuerũt, ut uſque ad hanc ætatem me exerceant, ac fatigent.* Sed ea de Valle

audien-

audiendus nobis quoque Boccacius probè meritus de præceptore suo discipulus in hæc verba: *Franciscus Petrarcha, cælestis homo & nostro æuo Poeta clarissimus, nonne spreta Pont. Maximi beneuolentia, quam omnes ferè Christiani summopere cupiunt, & procurant, & Pileatorum Orbis Cardinum, aliorumque Principum, in Vallem Clausam abiit, insignem Galliæ solitudinem, locum ubi Sorga fontium rex oritur, & ibidem omnem ferè floridam iuuentutem suam, Villici unius contentus obsequio, meditando atque componendo consumpsit. Fecit equidem, stant vestigia, stabuntque diu parua domus & hortulus, & dum Deo placet, testes viuunt plurimi.* Meminit & eiusdem Vallis in Historiali Speculo Vincentius, & hisce verbis Clausulam appellauit. *Posthæc Auinionem rediȷt, & in Valle perexigua amæna, quæ Clausula dicitur Bucolicum carmen scripsit, & Vitæ solitariæ Lib. II.* Recensuit & libros heic locià PETRARCHA conscriptos Vadianus libro singulari de Poetica Cap. XV. & hos in primis: *Scipionis gesta*, quod Opus *Africam* nominauit. *Bucolicum* carmen, & *Epistolas* complures, multo verò opus pulcherrimum ad Philippum Caualicensem Episcopum *de Vita Solitaria*, in quo adeo quæ mundi sunt contemnit, adeo verum rectumque tuetur, ut dubites utrum hominem agnoscas, an homine maiorem. Tanta constantia est, tantus ardor, copia tanta, ut interim prætereamus argumentorum & rationū fidem. Neque omissus hic locus in appendice Theatri Abrahami Ortelii, & Atlantis G. Mercatoris edita Amsterodami 1631 ubi habetur tabula ænea, in qua delineatur Auenionēsis Comitatus, & in eo Vallis Clausa, verbisque Gallicis notatur *le Maison de Petrarque, & fontaine de Vaucluse merueilleuse à voir*. In descriptione verò hæc leguntur: *Vallis Clausa, vulgo Vaucluse, quo conferre se solitus scribitur* FRANCISCVS PETRARCHA, *philosophicis meditationibus operam daturus, Vallis est amœnissima rupibus, unde fontes limpidissimi manant, cincta.* Petrus Bertius quoque Geographus Regius mitioris literaturæ Parisiis professor publicus me eius in Tabulis auctis Amsterodami per Iodocum Hondium, ubi Comitatū Auenionensē descri-

deſcribens de Sorga flumine hæc habet: *Eſt in hoc Comitatu fluuius Sorge, non tam naturæ opere, quam decantatiſſimi Franciſci Petrarchæ verſibus nobilis.* Et hæc ſubiungit de Valle Clauſa. *Eſt & locus Valcluſæ ſitu amæniſſimo inter rupes, quæ vallem undiq; claudunt, ex qua re etiam loco nomen. In hoc ſeceſſu Hetruſcus ille ſuam Lauram dignis immortalitate verſibus decantauit.* Sed placet ipſam quoque Vallis Topographiam ſpectandam legentium oculis exhibere, ſicuti eam accepimus delineatam ab humaniſſimo Ioſepho Maria Suareſio Epiſcopo, opere Hieronymi Dauidis Galli cœlatam. In hac eleganter Mons imminens, Arx, & Domus ipſa Petrarchæ adhuc viſitur, fons Sorgiæ in vallem fluens peramœnos reddit campos, dum prata floribus, rupes conſitæ arboribus lectiſſimum præbent receſſum. Perhumaniter idem mihi tranſmiſit alterã huius Vallis delineationẽ ex Relatione Ioan. Franciſci Bordini Epiſcopo Cauallicenſis Anno 1537. depromptam, quæ adhuc in Bibliotheca Barbarina aſſeruata poſticam Vallis faciẽ repræſentat. Eum pari diligentia delineatam deſcripſit Vellutellus, & antiquitatis eximius inueſtigator Gabriel Simeonius in *Epitaphiorum Illuſtratione*, ad quos lectorem remittimus. Hic tamen prætereũdum minimè ducimus Etruſcam dictæ Vallis deſctiptionẽ. *Deliberai di riuedere vn'altra volta il ſito di Valchiuſa luogo doue il Petrarcha compoſe una parte dell'opere ſue, maſſime quelle d'amore per Madonna Laura. Queſta Valle nel vero è là più dilettevole, e bella, & quiui ſono le più piaceuoli, & chiare fontane, ch'io vedeſſi mai, di maniera che ſe io non foſſe ſtato accompagnato, e non haueſſi promeſſo à certi amici fornire il viaggio d'Italia, io credo certamente, ch'io ſerei reſtato là per tutto il tempo di mia vita. Conciosia che la piaceuolezza del Colle ſu la punta del quale ſiede ancora meza rouinata la caſetta del Poeta, la ſolitudine, & quiete del ſito, i chiuſi boſchetti d'ogni tempo verdi, l'aſprezza diuerſa delle alte roccie, & il dolce mormorio delle puriſſime acque mi rappreſentauano naturalmente inanzi a gli occhi l'imaginato monte di Parnaſo, e la fontana ricetto delle noue Muſe: ſtimando feliciſſimo colui, che haueſſi potuto, ò poteſſe del continuo habitare*

tare in si ameno, & libero luogo, & sotto così benigno, & pacifico Cielo. Domum Poeta testamento quidem Xenodochium constituerat, verum æui iniuria, & patroni locorum incuria hodie omnino videtur deserta. Quod vero de crypta in Lauræ domum protensa narrat Martinus Zeilerus Itinerarii Gallici cap. 5. fabulæ affine est, & casto Vatis pectore indignum. Multi Sorgiæ flumen Vallisq; Clausæ peramænos secessus venustissimis celebrarunt versiculis. Vidimus Hieronymi Briuii eximii ingenii ad Suaresium de laudibus Sorgiæ carmen. Ne vero lectionis ubertate animos, libellumque impleamus, illos solummodo referamus, quos suauissimus Suaresius nobis transmisit nitore ipsi fonti Sorgiæ nihil cedentes.

Has ædes, quarum lapsantia rudera cernis,
Incoluit Thuscus Vates, qui captus amore
Auenicæ Daphnes patris penè immemor Arni
Hæc sibi delegit Tempe, & bis quinque per annos
Hæsit in hàc Valle, & vicini in margine fontis.
Versibus hic siluas, hic versibus Afra Trophæa
Concinuit, doctas chartas hic scripsit amicis.
In queis pura nitet Latiæ facundia linguæ,
Etruscaque Lyra teneros, quibus arserat, ignes
Lusit, & ereptæ sibi fleuit gaudia Nymphæ.
Diruerit tectum licet inuidiosa vetustas,
Et reliquas quoque frustratim disperdere pergat
Parietinas, non tota cadet, sed nixa Petrarchæ
Carminibus, quæ perpetuum victura per æuum
Ista domus nullas unquam est sensura ruinas.

Epigramma Eiusdem.

Olim heic laurigerum fama est habitasse Petrarcham;
Qui fuit Etruscæ gloria summa lyræ.
Inde sacer Musis locus est: procul este profani,
Reliquias sacræ ne violate domus.

Ad

Ad Aquæ Sorgiæ lene caput canebat ex tempore V. Kalendas Martias MDCXXIII. Ioseph. Suaresius.
Sed relictis de Valle Clausa ac Sorgja fonte Sermonibus, procedamus ad Poetæ nostri affectus, quos ibi Lauræ aspectu concepit.

AFFECTVS IN LAVRAM.

Cap. XV.



IRO ardore, sed purissimo, exarsit PETRARCHAE nostri pectus, dum per amæna Clusæ Vallis obambulans solitudine illa felici & ab omni molestia libera frueretur. Heic ille radiis pulcherrimæ LAVRAE primus afflatus, mox & sauciatus est, insigni in puellam clarissimam affectu raptus; quem ita coluit & servavit, ut inter mortales degentem supra cæteras longè extulerit, & postea evectam ad superos proposuisse sibi videatur unam præ cæteris efferendam, ut iure merito in suis Elogiis de Petrarcha Iacobus Latomus:

Qui tanta Etrusci carminis dulcedine
Tamq; æstuosis vexeris præconiis,
Tuam puellam ut nemo te non crederet
Flagrare, quantis nec vel Aethna incendiis.

Sed ea de re locuples ipse testis in Epistola sua ad Posteritatem verbis huiuscemodi: *Acerrimo amore, sed unico & honesto, in adolescentia laboraui, & diutius laborassem, nisi iam tepescentem ignem mors acerba, sed utilis, extinxisset.* Et in Colloquio Tertii diei, sui ardoris candorem aperiens: *In amore meo nil unquam turpe, nil obscœnum, nil denique præter magnitudinem culpabile: Adde modum, nihil pulchrius excogitari queat.* Amore verè unico & honesto arsit, quòd pulchritudinem diligens,

F quam

quam oculis usurpabat, raperetur ad amanda multo pulchriora, quæ intus latebant; non secus ac moralis Philosophiæ parens Socrates narratur Alcibiadem pulcerrimum adolescentem dilexisse. De quo sic iterum: *Neque enim ut putas, mortali rei animum addixi, ne me tam corpus noueris amasse, quàm animam moribus humanam transcẽdentibus delectatum, quorum exemplo, qualiter inter Cælicolas viuatur admoneo.* & paulo post: *Virtutem illius* LAVRAE *amaui, quæ extincta non est.* Isq; affectus ita erat purus, ut vel inde Boccacius disertè huiusmodi PETRARCHAE præconiũ conflare voluerit: *à iuuentute sua cœlibem vitam ducẽs, adeo ineptè Veneris spurcitias horret, ut noscentibus illum, sanctissimum sit exemplar honesti.* Hiernoymus Cardanus etiam inter alia multa, quibus illum admirationi fuisse prædicat, loco quarto cœlibatum eius, & orbitatem locat. Nemo verò nisi cui caput insanum PETRARCHAE amorem LAVRAE obiecerit. Magna quippe Amoris, & mira potentia est, qui valide adeò, adeoque tenaciter inuisibili quidem, sed haudquaquam insensibili nexu minima maximis innectit, ut quorum nulla est paritas pari regat imperio. Quidni hoc etiam iuris habeat amor in animis hominum sensu & ratione pollẽtibus, qui certis fœderibus surda & aduersa inuicem elementa conglutinat. Non flammis aer, non terra fluctibus hęreret, non ripas fluuij, non æquor litora, non Semitas suas astra cognoscerent, nisi omnipotens & (ut eum vocant) sacer orbis Amor vniuersa connecteret. Tali diuino incendio PETRARCHA noster inflammatus eodem devinctus est, & plurimum Lauræ animo menteque coniunctus, ut quidquid egerit, ipsa Laura dictante conscripserit. Fatetur ipse in Colloquio Tertij Diei: *Vnum hoc non sileo, me quantulumcunque conspicis, per illam esse, nec unquam ad hoc, si quid est nominis aut gloriæ, fuisse venturum, nisi virtutum tenuissimam sementem, quam pectore in hoc natura locauerat, nobilissimis his affectibus coluisset. Illa iuuenilem animum ab omni turpitudine revocauit, uncoque, ut aiunt, retraxit, at-*

que

que alta compulit ſpectare. Quidni certum eſt amore in amatos mores transformare. Atqui nemo unquam tam mordax conviciator inuentus eſt, qui huius famam canino dente contingeret: qui dicere auderet (ne dicam in actibus eius, ſed in geſtu verborum) reprehenſibile aliquid ſe vidiſſe. Ita qui nihil intactum liquerant, hanc mirantes veneranteſque reliquerunt. Minimè igitur mirum eſt, ſi hæc tam celebris fama mihi quoque deſiderium famæ clarioris attulit, laboreſque duriſſimos, quibus optata conſequerer molliuit. Quid enim adoleſcens aliud optabam, quàm ut illi, vel ſoli placerem, quæ mihi, vel ſola placuerat. Quod ut mihi contingeret, ſpretis mille voluptatum illecebris, quo me ante tempus eius laboribuſque ſubiecerim noſti, & iubes illam obliuiſci, vel parcius amare, quæ me à vulgi conſortio ſegregauit, quæ dux viarum omnium torpenti ingenio calcar admovit, ac ſemiſopitum animum excitauit. Nec tamen hic affectus quãtumvis maximus ullum in Petrarchæ animo locum dedit Summorum Virorum volũtati, qui Põtificis auctoritate vinculo maritali eã animorum unionem firmari voluerunt. Cenſebat nempè ille iſto nexu amoris puritatem obfuſcatum iri, neque cultum animi ita fore conſtantem, iuxta illud Tibulli:

Semper in abſentes felicior æſtus amantes.

Caſtum hunc & honeſtum Petrarchę ardorem celebrat Scęuola Samarthanus lib. 2. Lyricorum.

Vis ea formoſæ fuerat præſtantia Lauræ;
Et tamen hanc pius ille Poeta.
Intactam coluit multos Petrarcha per annos,
Et cantu ſuper æthera vexit.
Non illum ingenuæ, quas intentiſſimus artes
Cura omni ſtudioque colebat,
Primus & à longa revocabat nocte ſepultas,
A dulci auertere furore.

Quamobrem aliis ineptiis, quæ in huius Vatis amorem evomuntur ſilentio potius, quam apparatu verborum, vel ſententiarum pondere ſatisfacere libet. Sanè quod attinet ad arti-

culum illum temporis, quo LAVRAM vidit & deperiit simul, palam id abundè fecerit Monumentum antiquissimis characteribus ea de re scriptum, quod apud V. C. & istarum veteris memoriȩ deliciarum stiudosissimum Felicem Osium bonæ memoriæ extabat in calce libri Petrarchæ Poematum Editionis Anni MCCCCLXXXIV, qui erat Gasparis de Dondis ab Horologio Ciuis Patauini. Ita verò se habet, ut à me producitur side bona, & sicuti publici iuris est:

LAVRA *propriis virtutibus illustris & meis longum celebrata carminibus primùm oculis meis apparuit sub primum adolescentiæ meæ tempus Anno Domini 1327. die 6. Aprilis in Ecclesia S. Claræ Auinioni hora matutina, & in eadem ciuitate, eodem mense Aprilis eodem die sexto, eadem hora matutina. Anno autem Domini 1348. ab hac luce lux illa subtracta, cum ego forte Veronæ essem, heu fati mei nescius. Rumor autem infelix per literas Ludouici mei me Parmæ reperit Anno eodem mense Maio die XVIII. mane. Corpus illud castissimum, ac pulcerrimum in locum Fratrum Minorum repositum ipso die mortis ad Vesperam: animam verò eius, vt de Africano ait Seneca, in Cælum, unde erat, rediÿsse mihi persuadeo. Hæc autem ad acerbam rei memoriam amara quadam dulcedine scribere visum est, hoc potissimùm loco, qui sæpe sub oculis meis rediit, ut cogitem, nihil esse debere, quod amplius mihi placeat in hac vita, & effracto majori laqueo tempus esse de Babylone fugiendi, crebra horum inspectione, ac fugacissimæ ætatis æstimatione commouear, quod præuia Dei gratia facile erit, præteriti temporis curas superuacaneas, spes inanes, & inspectatos exitus acriter & viriliter cogitanti.* Monumentum istud PETRARCHA scripsit fortasse, ut mos est in Virgilio sibi familiari, ut illa indicant. *Hæc autem ad acerbam rei memoriam &c.* cuius dein exemplar, veluti rei posterorum memoria dignæ, in manus Ioannis Dondi ab Horologio Medici Patauini deuenit, qui Franc. Petrarchæ summa necessitudine & familiaritate coniunctus vixit. Licet enim ipse, quod ex Inuectiuis eius in Medicum apparet, Medicis infensior videri posset, Dondo tamen pro-

lixas Epiſtolas miſit, ſuiſque in ſcriptis Conſilia ſibi ab eo, pro recuperanda ſalute, data impensè laudat atque extollit. Quid enim magnificentius? *Miſiſti plenam fidei Epiſtolam, plenam ſolicitudinis, plenam artis, quam profeſſus es: cui (quantum ergo arbitror) nihil adderet Hippocrates, nihil demeret, nihil mutaret. Quin etiam ille tuis conſilijs acquieſceret, cuius è fontibus hauſta ſunt, cum horum ego quoque neſcius, & contemtor, in multis tamen ratione victus acquieuerim.* Quod præclarum de ipſo judicium extremæ etiã voluntatis munificentia uberius teſtatus eſt Poeta. Dondo autem rebus humanis abrepto Anno M CCC LXXX die VII. Septembris teſte eius Epitaphio, quod ad Baſilicæ Cathedralis portam ſpectatur, iſtud Petrarchæ de Laura monumentum per fratrem Gabrielem Medicum cl. tranſiit ad Gaſparem de Dondis librorum facultatumque heredem, qui illud in calce Poematum Petrarchæ à ſuis maioribus traditum exſcripſit iuxta alia non vulgata oræ libri adjecta. Etſi verò dubia pleriſq; Expoſitorum Etruſcorum ſit huius monumenti fides, non defuiſſe tamen alios, qui eam admiſerint, tum ex nuperrimè allatis, tum ex vetuſtioribus quibuſdam Petrarchæ Poematum editionibus eam exhibentibus voculis dumtaxat pauciſſimis ab altera MS. mutatam, apertum eſt. Nec deſunt rationes, quibus id comprobent. Poetæ nimirum eam extorſit hinc affectus intimior, hinc doloris magnitudo, addo, caſus inopinatior, quam cõſuetudine multis ſeculis recepta libro cariori in rei memoriam committere placuit. Diuerſum hic ſenſit inter Commentatores Alexander Velutellus: quod Epiſtola iſta in Virgilio Antonii Pirrhi nobilis Ticinenſis reperta non ſit de manu Petrarchę, quamuis idem nõ diffiteatur ſtylum Vatis genio eſſe valde affinem, ſed ab alio fortaſſis conſarcinatum. Cui accedit Geſualdus, qui communem ſecutus Interpretum ſententiam contendit Poetam non loco ibi nominato, ſed inter virentes herbas ad Vallis Clauſæ auram & amœnas Sorgiæ fontis ripas primum in LAVRAM exarſiſſe, hiſce forſan Poetæ noſtri in Ecloga Paſtorali motus.

Daphne ego te solam deserto in litore primum
Aspexi, dubius homninemne, Deamne viderem;

Mitto alia ab Interpretibus ex Poemate Etrusco congesta. Addit Tassonus Iunctino Mathematico eximio auctorem fuisse Franciscum Sturnum, inquireret calculo in temporis veritatem, ipsum verò deprehendisse sextam die Aprilis Anni 1327. in feriam secundam memorationi Passionis Dominicæ dicatam incidisse, non autem in sextam, cui ex Etruscis Carminibus Vatis multi amoris initium dedere. Quidquid sit, litem hanc nolo meam: nec amoris certitudini quicquam detrahit, utrum id Epistolii Vatis nostri fuerit verum, necne: cuius in LAVRAE amores mutuus animi affectus jam uniuerso orbi decantatus. Illud saltem sagacioribus ingeniis perpendendum relinquo, quanti fuerit, si ipse sua manu vel Amanuensis (cuiusmodi alebat plurimos) elegantiori simile quid literis cõsignatum voluerit: Vt sileam perdifficile alienum sermonem peræquè ad alterius genium exprimere. Poetæ verò magis placuisse siluas & flumina sui amoris cóscia, quam turbam & strepitus ciuicos, nemini mirum qui paulo humanior. Quid enim aliud sibi voluit Poeta Sulmonensis:

Carmina secessum scribentis & otia quærunt.

Nec sanè ullus mihi hactenus Petrarchę Opera Latina diligẽtius voluenti occurrit locus, qui feriæ sextæ meminit, nec in Etruscis carmininibus, versu excepto.

Era il giorno, che al Sol si scoloraro
Per la pietà del suo fattor i rai.

Quod prorsus aduersatur superiori epistolæ. de cuius veritate grauissimi viri plurimum dubitarunt. Interpretibus igitur incumbat firmior eius rei probatio, si nos in suam sententiam pertrahere velint. Laurę profectò eę erant dotes, quę felicis genii obsequium merebantur. Quod ne temerè asseuerauerim, en Vitam & speciem ipsius miris naturæ decoris refertam. Operæ vero fuerit, quæ pridem Vir Cl. Franciscus Bernardinus Ferrarius ad me pro sua humanitate prolixè per-

scripsit,

ſcripſit, ad maiorem huius argumēti euidentiam, heic in pauca contrahere. Nimirum Mediolani in Bibliotheca Ambroſiana aſſeruari Virgilium MS. qui olim Fuluij Vrſini erat, antequam in Friderici Borromæi Cardinalis Archiepiſcopi poſſeſſionem veniret. Is Codicem hunc theſauri inſtar habebat, nec ulli (quamvis & id raro) oſtendebat niſi manibus propriis, idque domi ſuæ. Cauſam reddidit ipſe, quod certus eſſet eum Petrarchæ fuiſſe, quem totus volverat, ſua manu interpolauerat, memoriaque ditauerat, qva nulla ipſi fuerat dulcior, aut amarior. Defuncto Romę Vrſino varii magni nominis Viri librum affectabant; Borromęus tamen ſive auctoritate, ſive ſnorum diligentia, ſive pretii magnitudine, reliquis heic pręvaluit, & librum ſemper inibi ſecum tenuit, donec Mediolanum reverſus in Bibliothecam Ambroſianā referret, hac cautela, clavibus cuſtodirent, neque cuivis pateret. Quod ex ore ipſius Cardinalis ſępius audivit Ferrarius, eiq; teſtes ſunt luculentiſſimi Gratia Maria Gratiis tunc temporis Cardinali à ſecretis, nec non Antonius Olgiatus dictę Bibliothecę Pręfectus, uterque fide digniſſimus, variaque eruditione pręſtantiſſimus. Codex ipſe in folio membranaceo elegantiſſimè ſcriptus rubro involucro tegitur. Adiecta ſunt Seruii Commentaria charactere ſatis extanti, Gloſſę autem minori, pręcipuè ad marginem hinc inde ſparſæ, interdum ipſi textui inſertæ. Aſſeri primo agglutinata eſt Petrarchæ Epiſtola ſcripta in papyro ordinaria: Primum membranæ folium elegantiſſimis figuris penicillo Simonis Senenſis exornatur, quæ univerſi Operis ideam referunt. Petrarcham vero eius fuiſſe poſſeſſorem, præter Fulvii Vrſini omnis Antiquitatis peritiſſimi auctoritatem, abundè mihi fidem facit Simonis Senenſis artificium, qui Petrarchæ amiciſſimus olim Avinionem miſſus à Pandulpho Malateſta, ut Petrarchæ effigiem in tabulam referret; Qui etiam Petrarchæ precibus cœleſtem LAVRAE effigiem pinxerat, amictu viridi, flammula è pectore exmente, cuius ſæpius meminit Poeta. Gloſſas etiam eſſe de manu

Petrarchæ, vel hinc liquet, quod diligenti comparatione facta cum Petrarchæ litteris, nihil illis similius deprehendisset Vrsinus. Cum igitur Epistola Petrarchæ hactenus à multis adscripta Glossis tam sit similis literarum figura, quàm ovum ovo; eam suo auctori asseruisse non indignum erit, donec firmioribus rationum momentis diversum evincatur.


LAVRA PETRARCHAE

LAVRAE PETRARCHAE VITA, ET ENCOMIA.

Cap. XVI.



AVRA diuini Vatis nostri amor, & delicium, lectissimarum Heroinarum sidus, pulchritudinis flos, Honestatis splendor, Diuini amoris Idea, pudicitiæ candor, Castitatis incendium, Charis Quarta, Generis humani præcipuum ornamentum, summis utique præconiis ubique terrarum ac gentium celebratá, orta est ex Patre Chiabau, vel ut aliis placet ex nobili Henrico Chabodio Auenionensi Domino de Gabrieres, quo in loco natales suos felici sidere habuit. Gabrieres autem oppidulum est inter colles, qui Clausam Vallem amœnissimam (qua de suprà meminimus) ab oriente spectant, focis siue Colonorum ædibus perpaucis frequẽs, iisque pastoribus caprearum. Quam ob caussam loco nomen antiquitus à Capris factum arbitrantur multi. Ciues enim Auenionenses, ciuitate relicta, ac domibus Ecclesiasticis Proceribus venũdatis partim his in collibus felicissimè viuere consueuerant, partim Ecclesiæ opibus aucti plerasq; domos in iisdem collibus construxerant, ut à Curia aliquando ad collium illorum amœnitatem animi recreandi gratia se conferrent. Hæc de Natali LAVRAE solo, ut à maioribus nostris accepimus, & incorrupta literarum monumenta docent. Nata vero est Anno salutis 1314. die 4. Iunii, sacroque de fonte suscepta Auinione: quod ex antiquo Ecclesiæ illius libro se hausisse memorat Vellutellus, qui iis in locis curiosè & diligenter in singula inquisiuit, quæ ad LAVRAM spectabant. Familia de Chiabau, cujus illa germen, valdè olim celebris in illis locis, etsi prædicti Vellutelli æuo extincta fermè conciderat, uno tantummodo super-

ſuperſtite ſacerdote, qui Cauaglione Presbyter Chiabau dictus. Eiuſdem ſtemma piſces numero tres, quos vulgo *Botteriſe* vocant, orbe ſuo complectitur. Tangit Vates noſter pluribus in locis Lauræ nobilitatem, & præſertim illis carminibus, quæ ſubiicio:

Eſt mihi poſt animi mulier chariſſima tergum,
Et virtute ſuis & ſanguine nota vetuſto,
Carminibuſque ornata meis, auditaque longè.
Sed redit in frontem, & variis terroribus implet
Inſultans, nec adhuc ſolio ceſſura videtur
Artibus hæc ullis, ſed ſimplicitate placendi
Cæperat olim animum & raræ dulcedine formæ.

Alii vero è gente Sadonia ortam affirmant. Quam in rem, dum hanc reteximus hiſtoriam, Ioſephi Mariæ Epiſcopi Vaſionenſis, erudit iſſimi humaniſſimique viri, miſſam ad nos epiſtolam maioris fidei argumento apponere libuit. Cæterum, ut ad Lauram redeam, vix natam parentes, tamquam è Cælo delapſam, ob eximiam pulchritudinem, ac inſignem animi præſtantiam, ſtupore defixi altiſſimo mirabantur aſſiduè, venerabantur etiam, nec ſatis expleri tuendo quibant. Illa verò lacteis imbuta moribus mirum in modum adoleſcebat, ingenio prædita ſupra muliebrem ſortem, nec vultum, cæli ſideribus æmulum, ſed animum optimis & ingenuis artibus excolebat. Non puerilia, ſed ingenua ſectabatur: non laſciuiæ, ſed honeſtatis amans; non audax ſed modeſta, & quem ad eius ſoli & ſeculi morem heic cernis cultu, Parentum dictis obtemperans rei domeſticæ ſtudioſa: Læta, non faſtoſa: non otio dedita, ſed labori. Aequales inter condibat maieſtate LAVRA ſermones ſuos, puellis vel agreſtibus cara. Nihil illius vultu pulchrius illis in collibus elucebat: nihil venuſtius illius genis, grato quodam candore, ruboreque diſtinctis: nihil verecundius illius greſſu; nihil ſplendidius oculis; nihil amabilius ſermone, cui mel apes ſuum creditæ infudiſſe. Erat illa Soli natalis, & collium illorum Phœbe, & inter puellas reliquas

liquas radiabat, velut inter ignes Luna minores. Egressam domo per prata proxima gradientem ad Lillam, vel ad Vallem Clausam, flores ipsi adorare proni quodammodo videbãtur, ac Sorgæ fontes, aquarumque gelidæ perennitates, ac riuuli, dulci illi murmure adblandiri, gressusque virgineos propius osculari. Facies mediocriter extensa, color genarum albus, rubore permixtus, oculi nigri, fulgentes, sed immobiles, os paruum, grauis incessus, purissimi cordis argumentum erant. Nullius puellæ dos amori, vel admirationi fuit, quæ non in LAVRA spectaretur. Corde adamantino prædita suprà naturam mulierum omnium ad immortalitatem & gloriã toto animi impetu ferebatur, digna planè, quæ suarum laudum prçconem FRANCISCVM PETRARCHAM Vatũ Etruscorum coryphæum, & principem sortiretur. Cuius affectum ea coluit vicissitudine, ut vel hinc elegantis ingenii Poetę cuidam operæ visum fuerit peculiare Poematium Etruscum Lauræ nomine in vulgus mittere sub titulo: *Sonetti di M. Laura in risposta del Petrarcha*. Fidum elegantissimæ Virginis amorem inter alios non inuitis planè Musis in Schediasmatibus suis celebrauit amicus noster Ioannes Rhodius:

Ignibus æthereis Laurus nil mota virescit:
Non potuit Vatis ludere LAVRA *faces?*
Etruscas lento quæ foverat igne Camœnas,
LAVRA *fide, culti Carminis aura, viget.*

Eumq; amorem honestissimum ita continuauit Poeta, ut tum viuam, tum extinctam æternùm victuris prçconiis exornauerit. Amor quippe diuinus çternùm viget, nec eius faciem extinguũt ferales tędę, PETRARCHA verò annos natus XXIII. captus est amore LAVRAE anno ferè XIII. ætatis illius, ut eius ex verbis declaratum, cum proficisceretur ad Lillam sacri audiendi gratia, vel ut aliis visum Auenione die VI. Apr. 1327. cuius rei ipse testis:

Mille trecento venti sette à punto
Su l' hora prima, il dì sesto di Aprile

Nel laberinto intrai, ne veggio onde esca.

Amori certè isti plurimum debent mortales, quod is nobis Petrarchę tot labores, & carmina pepererit, quę nemo satis unquam pro meritis celebrare possit. Viguit etenim amor ille in casto PETRARCHAE pectore annos XXXI; unum & viginti, dum LAVRA vixit, decem posteaquam eadem ad superos euolauerat. Ita enim ipse:

Tennemi Amor anni vent'uno ardendo
Lieto nel foco, e nel duol pien di speme,
Poiche Madonna, e'l mio cor seco insieme
Saliro al Ciel, dieci altri anni piangendo.

Nec studiorum contentiones, neque peregrinationes ullę; non vitę discrimina, non longa locorum, ac temporum internalla, nexum illum soluere valuere. Audiamus Vatem nostrum eandem laudantem in Colloquio Tertii Diei cum D. Augustino: *Cæterùm scisne de ea Muliere mentionem sibi exortam, cuius mens terrenarum nescia curarum cælestibus desideriis ardet. In cuius aspectu, si quid usquam veri est, diuini specimen decoris effulget, cuius mores consummatæ honestatis exemplar sunt; cuius nec vox, nec oculorum vigor mortale aliquid, nec incessus hominem repræsentant.* Quomodo vero ipsam amauerit, disces ex his eiusdem colloquii quæ sequuntur: *Hanc præsentem in testimonium euoco, conscientiamque meam facio contestem, me (quod superius dixeram) illius non tam corpus amasse quàm animam: quod hinc percipies licebit, quoniam quò illa magis in ætate progressa est (quod eò corporeæ pulchritudinis ineluctabile fulmen est) eò firmior in opinione permansi. et si enim visibiliter in vere flos tractu temporis languesceret, animi decus amplius augebatur, quin sicut amandi principium, sic incepti perseuerantiam ministrauit. Alioquin si post corpus abiissem, iam pridem mutandi propositi tempus erat.* Eius quoque Castimoniam eodem in colloquio celebrat hisce verbis: *Quid enim aliud egit, cum nullis mota precibus, nullis vincta blanditiis muliebrem tenuit decorem, & aduersus suam simul & meam ætatem, aduersus multa & varia, quæ flectere adamantium licet spiritum debuissent, inexpugnabilis*

bilis

bilis & firma permansit. Profectò animus iste fœmineus quid virum decuit admonebat, præstabatne mihi in sectando pudicitiæ studio (ut verbis utar Senecæ) vel exemplum deeßet, vel conuitium, postremo cum lorifragum, ac præcipitem videret, deserere maluit, quam sequi: & paulo post: *Contra autem illa propositi tenax & semper una permansit, quam constantiam fœmineam quò magis intelligo, magis admiror.* Hinc ille passim iure merito in decantandis eius laudibus mirè fęcundus ac facundus. Omnium loco sit hęc una:

Nacque ad alcuna già l'esser si bella
Questa più d'altra, e bella, e più pudica.
Forse vuol Dio tal di virtute amica
Torre à la terra, e'n Ciel farne vna stella.

Sileant, qui contra sentiunt, quique cęci ac inhonesti ardoris facibus agitati turpia consectantur, suoque pede reliquos metiuntur. Innupta scilicet vixit Laura, virginitatis flos, honestisſimę vitæ norma, forma & exemplar candidorum morum, de quibus nulla unquam posteritas conticescet. Nec diù vixit, ut in cęlo ęterna viueret. Anno quippe ętatis XXXIV. terris erepta est, dum Petrarcha Veronę cum Principibus Scaligeris moraretur; Salutis verò MCCCXLVIII. Die Apr. VI. quod abundè satis indicant lachrimę & carmina, quę Vates noster eius in funere mœstisſimus concinnauit. E multis hęc pauca sufficiant.

Sai che in mille trecento quarant'otto
Il dì sesto di Aprile in l hora prima
Del corpo uscio quell'anima beata.

Sepulta denique Auenione in Aede Fratrum Familię S. Francisci, ubi Maiorum illius ossa & cineres quiescebant, quod apparet ex fragmento supra posito Cap. XV. Sepulchrum hoc multis retro annis à Mauritio Scęua Viro literatisſimo in lucem fuisse pertractum prodit Eruditisſimus Golnizius Germanus in Vlysse Belgico-Gallico pridem euulgate. Vnde ad exactam loci illustrationem non pauca ab eo graphicè notata curiosis subtexere placuit. Quę hęc sunt: *Sacellum, in quo illud*
(se-

(sepulchrum innuit) *videtur, obscurum est. Sinistra ingressus habet altare muro adstructum, ante quod sub grandi saxo sine omni ornatu & inscriptione* LAVRA *cubat. Maiores eius id struxerunt, testantur insignia stellæ lateribus apposita.* Gabriel Simeon Lauræ sepulturam, dum eo loco propriis oculis usurparet Epitaphio ornauit, quod in suo libello Italico, cui titulus est *Illustratione de gli Epitaffi* tale reliquit.

D. O. M. S.
ET MEMORIAE AETERNAE
D. LAVRAE CVM PVDICITIA
TVM FORMA FOEMINAE
INCOMPARABILIS, QVAE ITA VIXIT,
VT EIVS MEMORIA NVLLO
SAECVLO EXTINGVI POSSIT,
RESTITVIT VETERVM MONVMENTORVM
PEREGRINVS INDAGATOR
GABRIEL SYMEON FLOR. IIII
IDVS APRILIS MDLVII.

Hanc Inscriptionem paulo diuersam sic tradidit Golnizius

D. O. M.
Et memoriæ æternæ D. Lauræ
cum pudicitia tum forma fœm.
incomparabilis, quæ tam diu vixit
ut eius memoria nunquam extingui
possit, R. R. veterum monumentorum
Peregrin. indagatores
D. Christophorus de Allegre
Eques Lusitanus & D. Antonius
De Prat. Prætor Parisiensis
Et Gabriel Simonius
Florentinus
IV Idus Aprilis MDLVIII.
Sola manet Virtus; cætera mortis erunt.

Per-

Pergit porro Golnizius. *Franciscus I. Franc. Rex Massiliam iturus, Auenionem transiit; ubi de Lauræ sepulchro audiens, illud aperiri, & cadauer spectare voluit; saxo amoto, sepulchroque aperto corpus præter ossa in cineres abiisse visum est. Pectori imposita fuit scatula plumbea operculo firmata, qua aperta numus & carmen inclusa reperta sunt. Numus plumbeus una parte ostendebat figuram fæmellæ, alteram has literas. M. L. M. I. idest, Madonna Lavra Morta Iace. Carmen, manu Petrarchæ membranæ pergamenæ inscriptum Italico idiomate, tale erat:*

Quì riposan le caste, & felici ossa
Di quell'alma gentile, e sola in terra,
Aspro, & dur sasso hor ben teco hai sotterra
Il vero honor, la fama, & beltà scossa.
Morte hai del verde Lauro suelta, e mossa
Fresca radice, e il premio di mia guerra
Di quattro lustri, e più, s'ancor non erra
Mio pensier tristo, e'l chiudi in poca fossa.
Felice pianta in Borgo d'Auignione,
Nacque, e morì, & qui con ella giace
La penna, e'l stil, l'inchiostro, e la ragione.
O delicate membra, ò viua face
Ch'ancor mi cuoci, e struggi, inginocchione
Ciascun preghi il Signor t'accetti in pace.
O sesso.
Mortal bellezza indarno si sospira
L'alma beata in Ciel viurà in eterno.
Pianga el presente, e'l futur secol priua
D'una tal luce, & io degli occhi, e il tempo.

Qui versus maioris sanè sunt pietatis, quàm ingenii: ut procliuius sit eos alteri cuipiam eius loci incolæ assignasse; Petrarcha tunc remotiori, quam ut Lavrae iusta soluere posset. Vt sileam horum nihil hic Diuini huius Vatis Musam redolere. Nō enim dici potest quàm rythmus heic Italicus inelleganti clausura finiat. Superiora carmina mediocri calamo exarata.

ta. At quatuor versiculi omnino Poetæ nostri felicitatem non sapiunt. Quapropter eos in tesseram styli Vatis vocare haud opus iudico. Id enim Bembus, Gabriel Simeonius, & plerique alii sentiunt. Inamœni sunt, dormiente Phæbo, non modò dormitante Homero, ut ita dicam effusi, sine consonantia & norma carminum. Quem errorem ut euincamus, hos versus Petrarchæ argumenti non absimilis in epilogo Triumphi Diuinitatis huc adducimus:

Felice sasso, ch'el bel viso serra:
Che poi ch' aurà ripreso il suo bel velo
Se fù beato, chi la vide in terra,
Hor che sia donque à riuederla in Cielo.

Confer si placet Lector, & iudica. Addit Itinerarii Scriptor: *His visis & lectis, Rex Franciscus magnanima fronte sententiam tulit, tumba honoratiori forma dein staret, scripto Gallico metro, quod tale est:*

En petit lieu compris vous pouuez veoir
Ce, qui comprend beaucoup par renomee,
Plume, labeur, la langue, e le sauoir,
Furent vaincus par l'aymant, & l'aymey
O gentil ame estant tant estimee
Qui te pourra louer, qu'en se taisant?
Car la parole est tousiour reprimee
Quand le subiet surmonte le disant.

Hic Rex ob studium Odæ non minus Petrarcha delectatus, quàm Alexander Magnus Pindaro Lyricorum principe. Sequitur aliud latino metro, auctore Iulio Camillo.

Laura ego quæ fueram Thusci olim vita Poetæ:
Laura ego, quam in vita Thuscus alebat amor.
Heic sine honore diu iacui non cognita, quamuis
Cognita carminibus culte Petrarcha tuis.
Nullus purpureis spargebat floribus urnam,
Nullus odoratus serta dabat calathis.
Nunc quoque Francisci, sed versu, & munere regis

No-

Notesco, officiis conspicienda piis.

Aliud item Italico metro, Ludouici Alemanni.

Qui giace il tronco di quel sacro Lauro,
Che del Tosco miglior fu dall' oggetto
Ch'ouunque scalda il Sol n'andò l'odore:
Hor dal Gallico Re del Ciel thesauro
(Sendo in poco terren vile, & negletto)
Et di marmi, e di stil riceue honore,
E sempre i rami haurà fioriti, & freschi
Sotto l'ombra immortal de duo Franceschi.

Fauianus de Sancto Gelasio Episcopus Engolismensis Lib. III. Operis Prosometrici, quod Gallica lingua conscriptum Carolo VIII. Francorum Regi dicauit.

Apres luy fut en ranc d'honneur assis
Francoys Petrarc & le gentil Boucasse
Dieu a tous deux sy leur face mercys
Et leurs pechez s'ils en ont faict efface.
Car eulx viuans au monde sans fallace.
Ont faict liures tres moraulx & exquis,
Et ont pour uray si grand honneur acquis
En tous Climatz que leur gloire profonde
Ne faillira tant que durera le monde.

Quibus subscripsit ipse elegantissimus Itinerarii Autor scitum hoc epigramma.

Carmine Laurum habui Lauræ studiosus Amator
Mors rapuit Lauram: carmina non potuit.

Lauræ quoque sepulchrum sua Musa illustrauit clarissimum Galliæ lumen Michael Hospitalius Regni Cancellarius in Epistola ad Iacobum Fabrum:

At tibi si monumenta placent antiqua, videbis
Felicem Lauræ tumulum, cineresque beatos
Laudibus, ingenioque & summi carmine Vatis.

Nec defuit Gabr. Simeoni pietatis affectus, quo ille Vatis nostri & LAVRAE memoriam prosecutus est insculpto sua ma-

nu Petrarchæ parietinis hoc monumento.

FRANCISCI & LAVRAE
MANIBVS
GABRIEL SIMEONIVS.

Omiſſis quæ in LAVRAE tumulum luſerunt varii, unum hoc ob miram elegantiam & rei geſtæ memoriam iungere libet Ludouici Alealmi Aurelii Epigramma ſanè egregium.

Tres tibi Franciſci, Diuus, Rex, atque Poeta,
Fronde tua optarunt cingere, Laura, caput.
Moribus hoc Diuus; validis Rex inclitus armis;
Hoc meruit Tuſcæ laude Poeta lyræ.
Nunc tibi communi pro munere gratia triplex
A ternis terno redditur officio.
Rex decorat tumulo; celebrat te carmine vates;
Impertit templi Diuus honore tui.
Attamen (ingenuè quod regia Muſa fatetur)
Vincuntur meritis hæc tria dona tuis.
Non tumulus formam; non reddunt carmina mentem;
Tam parua hoc numen non capit ædicula.
Salue igitur, Virgo ter maxima, tu quoque ſalue
Nunquam deciduis arbor opaca comis.
Vnde decus capiti, ſanctæque modeſtia vitæ,
Et cum Phœbeo Martius ambit honor.
Quumque tria unius laudes æquare laborent;
Ipſa coronandis ſufficis una tribus.

Huic nihilo ingratiores venuſtiſſimi de reſtituto Lauræ ſepulchro à Franciſco I. Phaleuci VC. Nicolai Grudii:

Rex ò magnanime, atque amice Muſis,
Qui poſt tempora tot fluentis æui
Nouum manibus excitas ſepulchrum
Pudicæ Dominæ ſacri Poetæ,
Quo Thuſcus merito ſuperbit Arnus.
Debet Laura tibi, & tibi Petrarcha:
Vnum at difficile expedire, pluſne,

Lau-

Laura, an plus tibi debeat Petrarcha.

Regis verò pientissimi beneficium grato Lauræ alloquio perennauit Salmonius Macrinus:

Franciscis ego debitrix duobus,
Quorum munere consecuta famam
Immortalem, hominum celebror ore,
An tanti tibi si videbor, Hospes
Vt veri mage debeam requirat,
Illi precipuè, potissimumque
Regum maximus, inclitissimusque est,
Qui virtutibus hoc honorat æuum,
A tergoque duces relinquit omnes,
Qui sunt, quique fuere, erantque posthac.
Altum marmore nam nouo sepulchrum
Et dignum elogium suo sepulchro
Neglectæ propè, cognitæque paucis
Citra spem mihi præmii excitavit.
Non olim meus hoc Petrarcha fecit.

Sed de Lauræ monumento satis. Cuius laudem etiamsi nulla sermonis maiestas exæquat, quædam tamẽ Elogia eius Virtuti dicata preteriisse mihi religio erit. Vobis igitur antiquitatum cultoribus primo loco ex libello Gabrielis Simeonii spectancta offero Numisma plumbeum, cuius historia pridem ex Golnizio adducta fuit.



Monumentum hoc plumbeum merito excipit aurea disertissimi Ioan. Passeratii Suada:

Aura tibi canitur . . . .
Quin etiam (ignoscas Tuscorum maxime Vatum)
Aura tuæ nomen dederat, non Laurea; Lauræ.

Nec Lauræ nostræ laudes siluit;

divisus toto licet orbe Britannus;

alter nostri seculi Martialis Ioan. Ouuenius lib. 2.

Semper dum tua Laura legetur; lis erit, utrum
Tu Laura, Lauro dignior anne foret.

In Lauræ Tumulum Patavii sic lusit Gothofredus Eichorn Silesius.

Nomine Laura vocor, sed, dum me viva coronat
Laurus Petrarchæ, bis ego Laura vocor.
Hinc licet hìc iaceam, non ullo tempore sedis
Me sacra Petrarchæ Musa iacere sint.

Tangit etiam Lauræ celebritatem Laura Cereta Brixiana Ludovico de Leno avunculo suo scribens: *Nec putes, quod pro tot dulcibus studii sudoribus Augusti mihi, aut Mecœnatis præmia spopõderim. Novi satis, quid ferat Principum rapax eruscatrixque cupiditas: Ego potius omnem miro insumpsi operam mihi, ut Lauræ nomen miro Petrarchæ præconio cantatum nouior altera in me custodiat æternitas.* Cætera eruditæ huius Cl. Fœminæ in Epistolas digesta favente Deo è meo Musæo aliquando publica erunt. De hac nostra quoque bene meritus est Bartholomæus Burchelatus, qui in Com. rerum memorabilium Historiæ Tarvisinæ quædam collegit. Obvia sunt Laurentii Pignorii Carmina, depicta in Atrio Arquadæ publico, vulgo la Loggia, sub Imaginibus LAVRAE & PETRARCHAE, quæ testatum idipsum eunt:

Carmine Laura tuo facta est diuine Petrarcha
Notior Eois, notior Hesperiis.
Porro illa eximiæ perfecit munere formæ,
Vt caneres sanctis carmina digna Deis.
Ne cessate bonos pulchræ redamare Poetas,

Damna

Damna etenim occidui nominis hi reparant.
Vos cauti Vates pulchras redamate vicissim, ut
Concilient vestris sæcula carminibus.

Affectum amplius adhuc in Miscellaneis Elogiorum suorum versus Lauræ virtutem ita ostendit idem.

MEMORIAE RESVRGENTI
FRANCISCI VATVM POLITISSIMI
ET
LAVRAE PVELLARVM FORMOSISSIMAE
Laurentius Pignorius
Sobriæ & castæ antiquitatis
Supra fidem admirator
Genio fauente
posuit.

Tandem nostræ huius laudes claudet ingenio & morum probitate iure primus Iosephus Maria Suaresius Episcopus Vasonus gemino hoc Epigrammate ad me Roma humanissimè trãsmisso.

Hic sita Laura, leues Nymphæ, doctæque sorores
Virginea assiduis floribus ossa fouent.
Italici Vates, studiosaque turba Petrarchæ
Nympharum immisti Pieridumque choris,
Ferte rosas plenis calathis, cinerique beato
Iniicite, at casta Laurea serta manu.
Grata rosa est Lauræ, teneri flos ille pudoris,
Atque venustatis symbolon esse solet;
Gratior est Laurus, de Laura multa canendo
Lauriuorus meruit Lauriger esse procus.

Aliud.

Aurea Laura lyra Thusci notissima Vatis
In laruam versa est pallidulam horridulam;
Et modò qui superest formoso è corpore puluis
Nil à deformi puluere distat anus;
Virgo, & formam iacta, quæ lubrica fallit,

Et simul ac surgit non reditura cadit.

Eximiam verò formæ dignitatem, quæ in præfixa Lauræ effigie enitet, Francisco Viduæ Iuris & antiquitatum notitia Cl. eò maiori veneratione debebit posteritas, quod certum sit ex Icone depictam, quam Simeonis Senensis manu Illustrissimi Columnenses Petrarchæ dono in deliciis habuere, & cui similis ea, quæ visitur Arquadæ. Illustrissimi ac Reuerendissimi Episcopi Vasionensis hæc ad me epistola est.

Illustrissime ac Reuerendissime Domine.

Non est æquum spatiis locorum coerceri, aut interuallis temporum definiri virtutem, nec illam, quæ a virtutis, studiorumque coniunctione, seu commilitio exorta est, amicitiam situ longinquo diuidi, vel æui senio terminari. Quin decet eam diffundi, porrigique latius, & quam longissimè produci, atque protelari. Quò arctius Illustriss. Dominationi Tuæ deuinctum me profiteor, quæ rubiginem styli tot annorum decursu contractam abstersit, & commercium iamdiu intermissum renouans litterario me rursus officio prouocauit mutuæque benevolentiæ adstrictæ nexu disciplinarum, quibus incumbimus, & Episcopalis dignitatis consortio veluti contesseratæ, verùm præ intercapedine regionum, præque diuturno silentio torpentis, & languidæ sopitum ignem quasi suscitans iucundissimæ quæstionis flabello ventilauit. Huic igitur ut faciam satis Lauræ, quæ Francisci Petrarchæ amore atque carminibus celeberrima euasit, parentes inuestigaui, quoad potui, diligenter, & quæcumque reperi D. T. Illustrissimæ veluti symbolum perlubenter confero.

Natam imprimis nobili genere Lauram procus ipse testatur in carmine ad Iacobum Columnam Lumbariensem Episcopum versibus, quos Illustrissima D. T. retulit.

Petrarchæ Redivivi c. 16.

Est mihi post animi mulier clarissima tergum
Et virtute suis, & sanguine nota vetusto,
Carminibusque ornata meis, auditaque longè.

Ode 175 *Præterea de ipsa occinit:*

In nobil sangue vita humil', e quieta.

Auenionensem autem fuisse gentem, e qua prodiit Laura, ipsamq; Auenioni editam in lucem certissimum est, quamuis nonnulli Granisionem

(pagus

(pagus est prouinciæ Narbonensis propè Auenionem trans Druentiam) in quem succedebant suos ad fundos Lauræ parentes; alii Caprerias, (oppidulum est in comitatu Venascino, & diœcese Caballicense situm haud procul a Valleclusa) solum natale Lauræ putarint, uti Maldeghemius recenset, sed hos omnes refellit testis hac in re classicus Petrarcha metris hisce, quæ in quibusdam codicibus exstant. In vita Lauræ p. 16.17. et 19.

Doue Sorga, e Durenza in maggior vaso
Congiongono lor chiare, e torbide acque, &c.
Onde alli miei occhi quel lume nacque.

Auenionem sanè poeta his graphicè depingit positam ad Orges, & Druētiæ confluentes in Rhodanum, sicut & Ecloga Decima. Vesguinus verò Philiolus locum loci designat, suburbium nempe, seu Burgum de Sazes, seu de Sazo, quo tumebat Auenio, quemque locat inter Ecclesiam parochialem Sancti Stephani ad Sanctæ Magdalenes, quæ superstructa est vetustæ Auenionis portæ, quam Aquariam nuncupabant, & pontem Rhodano impositum, ac ipsum Rhodanum. Eo quidem in Burgo visitur etiamnum ad Ecclesiam suprascriptam ædificium perantiquum, in quo Sadoniæ gentis insigne, stella nempe superliminari perstat insculpta, quin primo in fornice pontis. Isto in Burgo nata est Laura, & illomet in ædificio a Paulo de Sadone, seu Sado nobili ciue Auenionensi, uti Ioannes, & Cæsar Nostradami consentiunt, auctorque Labyrinthi Regii, & Orationis exaratæ calamo de Academia Auenionense, quam in Vaticana Bibliotheca legi, auctor etiam Itinerarii Cardinalis Alexandrini ad annum 1571. qui manuscriptus asseruatur in Bibliotheca patrum Dominicanorum Romæ. Philiolus insuper id asserit, & eo in Burgo Lauram habitasse, atque hortum habuisse. Denique constans fama est apud nostrates Lauram oriundam è gente Sadonia, quæ viris honorum luce, atque rerum domi, forisque gestarum gloria illustribus hucusque Auenioni effloreſcit. E quibus emicat in Eminētissimi Cardinalis Barberini S. R. E. vicecancellarii Mecœnatis mei comitatu nunquam satis laudandus D. Ricardus de Sado, de cuius singulari virtute differere tam eius insignis modestia, quam sincera, quæ mihi cum illo intercedit, necessitudo vetant. Lauram e Sadonia gente originem duxisse Petrarcha innuit in odis, quibus sydus, & stellam eam indigitat alludens scilicet

c. 1. Triū ph. Mortis. ad Odas 4. et 70. Regestū M.S. Archiepisc. Arc. In vita poet. prouincia l. p. 213. Hist. prouinc. p. 346. 364. et 433. p. 14. et 35. 24. 149. et ea quā affert Illustriss. D. T.

licet ad insigne gentilitium. At familiare sepulchrum DD. de Sades, seu Sadoniorum, cui fuit illata Laura ipsam ex ea familia prognatam satis, superque probat, Auenioni scilicet in Franciscanorum Ecclesia, & sacello, in quo maiorum ossa quiescebant, tumulata iacet Laura, detectusque fuit tumulus à Mauritio Seua Lugdunensi studioso indagatore antiquitatum anno 1529. effossa humo plumbea pyxis reperta est plũbeo cum nũmo, versusque vernaculi, qui Petrarchæ falso adscripti sunt. longè namque absunt a Petrarchæo lepore, sicuti Petrus Bembus, Gabriel Symeonius, aliique sagaciter subodorati sunt, imò scatent erratis. Frãciscus primus Francorum Rex litteratissimus, & liberalissimus non tantum Lauræ tumulum suis exornauit versibus, quos memorant Paschasius, Nostradamus, Philimundus Remondus, Symeonius, Ill D. T. sed aureos quoque numos mille ad illum instaurandum attribuit teste auctore Itinerarii Cardinalis Alexandrini, qui fusiùs ista commemorat, uti Golnizius in Vlysse Belgo Ga.lico, quem Ill. D. T. laudat. Hanc Regis Francisci munificentiam celebrant Benedictus Theocrenus Episcopus Grassensis, qui duo panxit Epigrammata, tertiumque Salmonii Macrini adtexuit, Mellinus de S. Gelais, qui vernacule cecinit, & alii complures. Nicolaum Perusinum Francisci Regis iussu sepulcri reparationem suscepisse ferunt, Paradinus lemma illi affinxit cum Elogio VICTRIX CASTA FIDES. *Operæ tamen pretiũ est nebulas, quas offundunt huius stellæ iubari, qui Lauram filiam Toparchæ Caprerienses Henrici de Chiabau comminiscuntur, discutere. Velutellus nimirum, & Francus, qui natam etiam ipsam Capreriis produnt e natalium actis à parocho custoditis, & Insulæ (oppidum est aquis Orges circumdatum in comitatu Venascino) conditam in familiari Toparcharum Capreriensiũ tumulo. Sic Maldeghemius, & Petraccius. Stirps certè illa de Chiabau ignota est Auenioni, & in comitatu, nec uspiam (quod norim) eius monumenta exstant ulla in libris, in tabulariis, in ore hominum, vixque presbyterum cognominem inuenit Cabellioni Velutellus. Lauræ quidem amita seu matertera fuit Capreriarum Domina, quam ipsa Laura sæpius adire, ac inuisere solebat. Faneta verò, siue Stephaneta Gantelma Domina Romanini uxor fuisse patrui Lauræ videtur, & ditionem Romanini Sadoniam in gentem transtulisse. An pisces illos,*

Mich. Hospital in Epist.

lib. 6. ep. ad Barth. Castellanũ diac. Aueniõ.

in Illustr. antiq epitaph. p. 15. & 29

En ses lettres l. 2. p. 62. & en ses Recherch. c. 6 f. 737

in hist. prou. p. 433. 434

Hist. de la naiss. de l'her. l. 3. c. 16 p. 194.

En ses deuises Heroiques p. 224.

In Vita Lauræ p. 7. & 19.

In Vita Petrarchę Odis præfixa.

Ex Philiolinotis p. 27. 30. 46.

quos

quos stemmati de Chiabaud Velutellus imposuit, Petrarcha non alicubi expiscatus esset? Ingens profectò apud illum, & populares omnes meos silentium. Itaque perdifficile, imò ferè ἀδύνατον censeo seruata tamdiu fuisse acta Natalium a parocho, cum præsertim lues illa funestissima, quæ penè totum terrarum orbem exhausit, & Codices, ac volumina, Regestaque pessumdedit, & aboleuit (parum abfuit) uniuersa, crudelius, & immanius hac in regione grassata sit anno 1348. totque sint insequutæ pestilitates, tot bella, tot incendia ingruerint, tantisque casibus exagitata sint hæc oppida, ut suspicer meritò vel fucum factum Velutello peregrino homini ab aliquo indigena, vel ab ipso posteris. Superest ut referam gratias Ill. D.T. quæ me tanto prosequuta est honore, dum adeò benevole litteris suis me denuò compellavit. Sanctè quidem ipsi affirmo me illas habiturum immortales, & antiquam amicitiam virtutis e radice ortam, & Episcopali charitate propagatam summa fide, sedula opera, perennique obsequio, at recens beneficium memoria culturum sempiterna. Interea dispendia præteriti temporis (quoties res feret) literarum colloquiis ultrò compensabo; & quia (ut optimè novit Ill. D.T.) communibus, & alternis Orationibus plus agimus quam singularibus, aut privatis; ab Ill. D.T. etiam atque etiam efflagito, ut ad Deum vota refundat pro me, qui assiduis precibus à præpotenti numine Ill. D.T. felicissima & optabilia omnia supplex exposcam. Vale Vasioni Kal. Februar. CIↃIↃCXLVII.

Nostrad. hist. prou p.218 ad n 278. & p.300. ad n. 1297. & p.687. ad num. 1477.

Illustriss. ac Reuerendiss. D.T.

Addictissimus, & deditissimus


Iosephus Maria Episcopus Vasionensis.



LAVRA SADA AVINIONENSIS
PETRARCHÆ MVSA CELEBRIS.

LAVRAE DE SADO EFFIGIES.

Cap. XVII.



ECVNDAS libri curas altera novæ Musæ forma curiosorum oblectationi exornamus. Ecce enim dum nostrò studio Petrarcha Rediviuus per ora doctorum vagatur Cl. Vir Richardus de Sado nobilis Auenionensis vetustissimam tabellam hac effigie Eminentissimo Cardinali Francisco Barberino Romam tulit: cuius exemplum mihi trãsmisit humanissimus Eques Cassianus à Puteo ad iuuandas literas natus. Ex voto paulo post cecidit, ut anno 1642. Vrbani VIII Summi Pontificis liberalitate infula Aemoniensi decoratus, parario Io. Baptista Casalio, Virum literis insignem, moribusque suauissimum suis meritis colerem. Inter varios sermones indubitatum ostendit ille, Lauram è familia de Sado Auenione ortam fuisse. Eam sanè Auenione in sacello quodam apud maiores suos conditam in templo S. Claræ fratrum Minorum omnium ferè opinio est. Spectantur enim ibidem insignia familiæ de Sado sub arcu parui sacelli, quæ stellam referunt. Eadem istius familiæ sub primo arcu pontis Auenionensis, variisque ædificiis publicis & priuatis, ac in portis Castelli oppidique Vasonis comparent, Sigismundi Imperatoris priuilegiis Aquila Imperiali aucta. Sacello autem maiori clausum, quo Laura tegitur, minus à familia de Sado ante Tẽpli fabricã fuit extructũ, quod cum sub fornice, tum in lapide monumenti insignia repræsentat, quæ stella nitent. Hoc ipsum Francisci Primi Galliæ Regis iussu apertum elogiisque variis ditatum certa fide accepimus. Nec diffiteor me vidisse binas effigies apud nobilissimum Virum Hieronymum de Gualdo, unam penicillo cl. pictoris Aldograui ascripto nomine LAVRAE de SAD. Alteram à Fabricio de Peiresch pictoris

recen-

entioris titulo LAVRAE de Sado transmissam sed utraque ter se specie discrepabat, etiam ab ea quam heic damus, & ab illa quam olim produximus.

Hæc quidem plurium animos hactenus tenuit opinio. At vero à Poeta nostro discedere vitium fuerit, siquidem affirmat è vicu, non ex urbe, eam prodiisse. Quid enim apertius?

Et hor d'un piccol borgo un sol n'ha dato.

Et in triumpho mortis cap. 2. prope finem sic ipsa loquitur:

In tutte l'altre cose assai beata,
In una sola à me stessa dispiacqui,
Che'n troppo humil terren mi trouai nata.


Quod etiam comprobatur altero carmine in eodem sensu.

Mira il gran sasso, donde Sorga nasce
Oue giacque'l tuo albergo, e doue nacque
Il nostro amor: vo che abandoni, e lasce
Per non veder ne tuoi quel, ch'à te spiacque.

Vt sileam quod idem aliis in locis sæpe repetat. De natalibus Lauræ fortassis hæc melior sententia. Suum interim cuique esto iudicium. Nos veritati cedere semper parati sumus.

IVSTINAE LEVI PEROTTAE CVLTVS IN PETRARCHAM.

Cap. XVIII.



SEd neque mihi videtur hoc loco prætermittenda Petrarchæ felicitas, quæ illi ab eruditissima alia quoque fœmina contigit. Ingens operis argumentum ad promerendam Apollinarem Lauram Francisco Petrarcæ LAVRA quidem extitit: at non minorem famæ splendorem Clarissimæ alterius fœminæ virtus planè nobilis illi contulit, dum ab eodem accepit. Hæc enimvero

vero supergressa muliebris ingenii aleam, suorum temporum inuidiam, vel nostri Poetæ testimonio, etiam deuicerat. Verum ætas illa maximarum virtutum haud curiosa, dum huius fęminæ patriam, nomen, familiam, ad posteros transmittere omisit, penè amisit. Sepultam Auctorum illius æui silentio tantæ virtutis famam doluit prior omnibus, cum adhuc rebus præesset humanis Clemens VIII. Sapientissimus Pont. qui, ut fragmenta quædam prægustavit Etruscorum Carminum, quibus illa cum Romanum Pontificem Auenione tunc temporis sedentem ad ruentis Italiæ vastitatem arcendam humillimè Romam euocabat, tum eumdem Petrarcham tamquam Apollinis Oraculum consulebat, pergeretne per eam, quam cęperat, literarum viam ad templum immortalitatis, spretis illorum latratibus, qui eam reuocabant, an sexus imbecillitati obsecuta ad colum & fusum à calamo & Musis rediret. Cum inquam hasce reliquias publici saporis esse Pontifex intelligeret, atq; è parui operis tanquam è vestigio magnitudinem mentis argueret, mandauit Antoniano, qui tum Pontificii cubiculi præfectus, mox purpuram suę virtutis splendore illustrauit, ut quæ ad reparandam huius Fœminæ de litteris pręcellenter meritæ memoriam facerent luci vindicaret. Is, ut erat in omni Scriptorum genere versatissimus, cum ingeniosarum mulierum exemplum hoc nobile ex probatissimorum Auctorum testimoniis Saxofertati natum sciret, Odoardum Santarellum tunc quidem Sanctiss. Pontifici à supplicibus libellis, nunc vtriusque signaturæ Referendarium eximium rogauit, ut qui originem Saxoferrato debebat, hanc patriæ gratiam referret, publicas tabulas priuatasque inspici diligenter curaret, num ex illis ullum affulgeret lumen, cuius familiæ lectissima mulier extitisset, quæ suis ingenii monumentis Italiam omnem, nedum patriam, nobilitare potuisset. Verum Santarellus, an in eo felici fato? quamquam eius rei cupidissimus, ullo labore nihil unquam detexit, quod mihi ne quærenti quidem sese obtulit, excusationem impetrauit facile,

cile, cum apud Clementem tum apud Antonianum, ab antiquitate & Tyrannorum furore publicas tabulas sæpius inuadente. Illi verò non dolere non maximè poterant, tam Fęminam hanc debito laudis pręconio, quam Rempublicam literariam cęteris illius eximiis ingenii partubus fraudatam. Sed, ut quod sentio liberè aperiam, eadem sępius est sublimibus ingeniis fortuna, quæ multis fluminibus, quæ subterraneos per tramites vbi diu cucurrere, erumpunt confestim, vbi minus cogitas. Ita nonnumquam decora ingenia posterorum inertia diu sepelit, verum ubi existimantur extincta, momento temporis in hominum mentibus cęlestis consilii prouidentia reflorescunt. Huius rei exemplum in hac eadem Fœmina, qua de nobis oratio nunc instituitur, operæ precium est intueri. Ergo Ivstina de Levis Perotta, vetere & illustri Oppido, quod Saxoferratum vocant, orta, Andream de Leuis Perottũ clarissimę, & antiquissimę stirpis Patrem habuit. Hanc autem eandem esse familiam de Leuis, quę in florentissimo Galliarum Reguo, post genus Regium primos honores nobilitatis in hanc usque diem retinet, cum tabulis vetustissimis, tum litteris eorundem Nobilium de Leuis è Gallia Romam misśis ad Torqvatvm Perottvm S. D. N. Vrbani VIII. ab interiori quondã cubiculo, nunc verò Amerini Episcopum, quibus illum unius secum eiusdemque radicis & familiæ ingenuè agnoscunt, manifestisśimè peruincitur. Et licet Illustrium Virorum copia hæc semper floruerit, Andreas tamen & Nicolaus Perotti emicarunt inter cæteros, tamquam duo lumina. Nicolaum Perottum præter lauream, qua illum ob insignem Poeticæ & Oratoriæ facultatis laudem Fridericus huius nominis Imperator Tertius, cui postea fuit à consiliis, Bononiæ decorauit, clarissima virtutum merita ad Sipontinum Archiepiscopatum euexere, Doctisśimoque Card. Besśarioni carisśimum reddidere. At virtus Andreæ periculosisśimis temporibus probata est. Agitabatur tum instar maris æstuantis Italia turbulentisśimis procellis hominum seditio-

sorum,

ſorum, qui piratarum more in eam partem, quæ Pontificiæ dominationi ſubeſt, impunè bacchabantur. Quot Vrbes, tot Tyrannides inſtitutæ. Denique coactus Pontifex Innocentius Sextus, qui Auenione morabatur, naufraganti prouinciæ opem aliquam ferre, Aegidium Card. Albornotium ſcientia rei militaris, virtute, conſilio, auctoritate, animi & corporis robore, felicitate, poſtremò numeris omnibus abſolutum in Italiam cum imperio direxit. Is ut in prouinciam venit, Andreæ Perotti opera cum in totius belli decurſu, tum eſt uſus præcipue in extructione Arcium, quæ hac etiam die Saxoferrati viſuntur, ut nulla omnino ſpes Caſtri potiundi relinqueretur aliis, qui oppidum illud Tyrannorum more diu occuparãt. In huius igitur Viri doctiſsimi ac fortiſsimi ſinu felice magiſterio educata eſt IVSTINA Perotta, Poeticæ artis egregium decus, quæ quũ per ætatem puerilem ſapientioris Mineruæ ſtudiis inhæſiſſet, breui eo peruenit, ut apud Petrarcham limatiſsimi judicii Virum merito adepta ſit laudem & locum à Boccacio primum. Lætatus ſiquidem incredibiliter eſt Muſarum amiciſsimus Vates, filiam nobiliſsimi hominis & amiciſsimi ſui poeticæ gloriæ laurum tamquam arbori familiæ ſuę inſerere, & antiquarum mulierum, quæ literas ſuis virtutibus illuſtrarant, exempla præclariſsima renouare. Quorum ut certius argumentum habeas, en amice lector Carmen ab eodem Torquato Perotto ſingularis doctrinę & humanitatis viro ad me miſſum, apud quem extant etiam tabulæ antiquiſsimæ, & omni fide digniſsimę rerum omniũ, quas heic curſim narraui.

Sonetto di Madonna Giuſtina Leui Perotti da Saſſoferrato à M. Franceſco Petrarcha.

Io vorrei pur drizzar queſte mie piume
Colà Signor, doue il deſio m'inuita,
E dopò morte rimanere in vita
Col chiaro di Virtute inclito lume.
Mà il volgo inerte, che dal rio coſtume
Vinto, hà d'ogni ſuo ben la via ſmarita:

Come

Come degna di biasmo ogn' hor m' addita;
Ch' ir tenti d' Elicona al sacro fiume.
All' ago, al fuso, più ch' al Lauro, ò al Mirto,
Come se qui non sia la gloria mia,
Vuol c' habbia sempre questa mente intesa.
Dimmi tu hormai, che per più dritta via
A Parnaso t' en vai nobile spirto,
Dourò dunque lasciar si degna impresa?

Cui Petrarcha, ut me docuit laudatus modo Episcopus Perottus, sic pariter respondit.

La gola, e'l sonno, e l' ociose piume.

Reliqua in eius operibus. Verè, ac nimis verè. Nihil tamen minus sua sorte contentus Poeta gratum Musis secessum ex destinato ubicumque terrarum videtur affectasse.

DE SOLITVDINE MEDIOLANENSI, ET PARMENSI.

Cap. XVIII.



Elictis Galliæ delicijs à Galeacio Vicecomite Mediolani Duce accitus PETRARCHA urbem hanc nobilissimam coluit. Heic tanti Principis liberalitate consiliarij titulo aliquamdiu ornatus, secessum in villa Inferni nomine clara quarto ab urbe lapide suis delegit Musis, ubi domus ejus adhuc summa veneratione conservatur. Alteram dehinc sibi solitudinem Parmæ statuit, extra vicum S. Michaelis domicilium nactus ab omni populari concursu remotum propter ædes D. Antonio Abbati & Anachoretæ sacras. Percepimus id ex ipsius scriptis in quibus domus eius mentio non obscura. *Post continuis diebus quotidie aliquid scripsis, donec Parmam rediens, & repostam ac tranquillam nactus domum: quæ postea empta, nunc etiam*

mea

mea est. Cogitasse quoque crediderim de eadem Poetam nostrum, cum Barbato Sulmonensi Epistolarum Lib. III. in hæc metra scriberet.

Rus mihi tranquillum media contingit in Vrbe
Rure vel urbs medio, sic prompta frequentia soli,
Promptus & in latebras reditus, dum tædia turbæ
Offendunt, hos alternos urbs una regressus,
Hos dedit una domus, senium quæ pellit in iram.
Nam desiderium valuas transgressus abundè
Lenio, semper adest oculis, animoque vicissim
Quod placeat, possit quæ graues auertere curas
Rursus, & vt strepitus pertæsum limen amicum
Transeo multa uno fugiens fastidia passu,
Et querulum obuerso secludens cardine vulgus.
Hic mihi tanta quies, quantam nec valle sonora
Parnassi nec Cecropiæ per mænia villæ
Inuenit studiosa cohors, eremoque silenti
Vix Aegyptiacæ ciues, nisi fallor, arenæ
Angelici sensere patres. fortuna latenti
Parce precor, paruoque volens à limine transi,
Et Regum metuenda fores inuade superbas.

Domus hæc visitur adhuc undequaque hedera circumsepta, quæ fores superiores paruas in primis operit, & coronat. Poeta defuncto Archidiaconus successor eum hæredi detrahere conabatur, ratus ecclesiæ esse. At Cardinalis Zabarella Consilio 79. in fauorem hæredis optimè constituit, quod ille possessor esset antequam Archidiaconi munere fungeretur. Herum nunc illius esse accepimus, quemdam ex familia Bergonzia, uti me docuit Vir Cl. & Eruditissimus FLAVIVS Quærengus Poiaghi Comes, qui sæpe illam, ac sæpius inuisere consueuerat, dum Parmæ degeret in aula Farnesiorum Ducum. Siquidem hanc illi Serenis. RANVTIVS Parmæ Dux Quartus in sermonibus de Perrarcha secum habitis indicauit, & eundem pari solitudinis amore succendit. Iacet

illa procul non tam ab aulis publicis, quam ab ipsis quoque priuatis domibus aliorum, sola prorsus, & secessum amantibus hospitium gratissimum præbens, uti mihi testis idem oculatus exposuit. At ne multis eam coner exprimere, quisquis FLAVII nostri domum inuises, Parmensem illam PETRARCHAE solitudinem oculis usurpabis. Quærengus enim Comes, magni illius Antonij ex fratre nepos, solitudinis amator & cultor, sacri otij delicium, Cathedralis Ecclesiæ Canonicus, Philosophiæ Moralis publicus Interpres, Musarum filius, æquè virtutibus, ac literis exornatus inter hortorum amœna sedem sibi planè similem delegit, nec longè positam ab æde sacra D. Antonii de Vienna, ibique vitam tranquillam, & felicem ducens, id demum esse docet viuere, sibi, Musis, & Deo viuere immortali.

Fuit & in agris Parmensis Diœcesis locus *Syluæ* nomine, quæ *Plana* dicitur à nostro Petrarcha cultus, vt ipsemet edisserit in Epistola sæpissime laudata. *Cum die quadam in Montana conscendens forte trans Entiam amnem Reginis in finibus* SILVAM, *quæ plana dicitur, adijssem, subito loci specie percussus ad intermissam Africam stilum verti, & feruore animi, qui sopitus videbatur, excitato, scripsi aliquantulum die illo, post continuis diebus quotidie aliquid.*

Describerem hanc etiam Vatis nostri solitudinem, nisi satis essent ea, quæ ipsemet de amœnissimo isto loco cecinit lib. II. Epist. ad laudatum suprà Barbatum Sulmon.

Me dextera Regis
Ripa Padi, læuumque patris lacus Apennini,
Aruaque Pontifrago circum contermina Parmæ
Nunc reducem expectant planæque vmbracula Siluæ.
Namque ibi Pierius gelidum me contigit ardor.
Africa nostra mihi longum intermissa iacebat,
Exciuit locus ingenium, lapsumque repente
Restituit calamum memini. me nulla profectò
Ingratum factura dies stat colle virenti

Silua

Silua ingens, planæque tenet, licet ardua, nomen.
Hic solem procul aerias auertere fagos,
Ac teneras variare solum concorditer herbas
Mensibus æstiuis videas, hic brachia cancri
Temperat vnda recens, atque ora iubamque Leonis
Dulces vicinis feriunt ex montibus auræ.
Impendent iuga celsa super, cælumque lacessunt.
Gallia sub pedibus iacet Itala tota sedenti.
Contra autem Hesperiæ cernuntur terminus Alpes.
Mille nemus volucrum species, ac mille ferarum
Circumeunt, habitant sacrum, gelidusque per vmbram
Fons ruit, irriguo pubescunt gramina flexu,
Florens in medio chorus est, quem cespite nullo
Erexit manus artificis, sed amica Poetis
Ipsa suis natura locum meditata creauit.
Hic auium cantus fontis cum murmure blandos
Conciliant somnos, gratum parat herba cubile,
Fronde tegunt rami, mons flamina submouet Austris,
Horridus hunc metuit pedibus violare subulcus.
Rusticus hunc rastris, digitoq; hunc signat & alto
Siluarum trepidus veneratur ab aggere custos.
Intus odor mirus statioque simillima campis
Elysiis, profugisque domus placidissima Musis,
Deferor huc solus furtim, sociosque fefelli.

Locus hic quam Poetæ genio & Musis fuerit aptus, abundè quidem hinc patet: nullum tamen apud eum solitudinis desiderium tanti erat, quin luce publica ciue grata delectaretur. Patauij tunc florebant Carrariensium auspiciis omnis generis literæ, maximique ingenio Viri, qnos fouebat Principum benignitas. Vates igitur noster, quod erat, secum cogitans non defuturum sibi suisque Musis ad vota inter strepitus Vrbanos otium, excitus Patauium, fortunæ obtemperauit. Quã nactus ibi fauentem, suburbanum in Euganeis secessum graniori ætate delegit.

ARQVADAE COLLIS VICVS, ET PETRARCHAE DOMICILIVM.

Cap. XIX.



IAM sternit ad Euganeos Arquadæ Colles ARQVA vulgo, *Arquada* peritioribus pro Arcadia, voce paululum immutata, dictus, quòd is inter colles proximos haud secus emineat, & excellat amœnitate loci, lenissimis auris, blando mitique cœlo, perennitate fontium, ubertate fructuum, aliisque Naturæ deliciis, ac in Peloponensi regione Arcadia pridem, toto terrarum orbe celeberrima monumentis veterum & recentium. Adiacet Arquadę colli ARQVADA Vicùs Montemsilicem, Martis olim aream & aulam Imperii, sublimis apricum spectans. Cœterùm ab vtroque latere & à tergo collibus circumjacentibus reliquis septus, inter Ortum & Occidentem diuitias suas aperit, allicitque amica capita, quibus omnis amœnitas adblanditur. Ab ea nēpe cęli parte influxus & auram hauriens moriēti Soli funus astra ducentia nequit aspicere, & indulgentia naturæ blanda minas ętheris spernens ęternum beat, dum illic ferè semper ac serenū est cęlum, vernum ferè semper ac nitēs solum. Manat eiusdem è summo vertice illimis aqua, defluens sensim ad talos imos fontem efficit, quem infra dabimus intuendum. Vberes ibi terræ glebæ passim, & ipsa quoque saxa sponte sua feracia commodis incolarum. Halant prata floribus, superbiunt iuga fructibus, & Vinetis; luxuriant agri segetibus & canescunt. Diceres situm illic Amaltheæ cornu cuncta suppetere, simul illic inhabitare Bacchum, Cererem, & Pomonā, nec abesse Mineruam, cum olei copia latissimè affluat, vinique dulcedine collibus omnino reliquis antecellat. Patavio

uio huc tendentibus ad læuam occurrit lacus oblongior non usque magnus, mirę tamen profunditatis, quem indigenæ vocant *la Solana*, qui quantumuis hac de causa piscationibus parum opportunus, sapidissimos tamen nutrit pisces; quodque dictu mirum Cephalos mari cæteroquin peculiares. Quod neque Cl. Pignorius omnis quidem antiquitatis, patriæ verò raritatis, studiosissimus in Epistolis Symbolicis Epistola XIV. *Marco Velsero II. Viro Augustano* inscripta prętteriit. Quamquam Viro maximo in eo assentiri non possim, quod è sinu Veneto per cuniculos eò piscis marinus accedat, cum certum sit ipsum per Brentæ riuulum huc ferri. Huc etiam facit, quod in Germaniæ medio, apud generosum Baronem de Konigstein in comitatu Rupefontano conchas margaritiferas se magna cum delectatione vidisse referat Ioachimus Struppius in Sitopotiamatechnia, quarum originem maritimam omnes naturæ prudentes agnoscunt. Addo & ego vicinam huic aquę thermalis scaturiginem, quæ non aliis hodie usibus quam alitibus deplumandis aptatur. Accedit his incolarum probe valentium vigor, & studium, quibus terra cum fœnore sic respondet, vt Collis ille Euganeorum omnium Pomarium habeatur fœcundissimum. Habet idem Basilicas insignes duas, Parochialem Archipresbyteralem vnam D. Mariæ sacram, & opimis satis reditibus abundantem, alteram ad Plateam, quæ Vicarii Palatium, siue Forum tangit. Palatia inibi quoque multa, Veneris Patauinisq; nobilibus habitata. In medio foro columna cernitur aureato Leone Ser. Reipublicæ Venetæ symbolo tutelari fulgens & hac inscriptione.

Hieronymus Bonmartinus Vicarius fidei totius huius Populi in Serenissimam Rempublicam Venetam etiam ex hoc loco testandæ causæ sumptu publico & suo statuit Anno Salutis 1612.

In summæ nostræ, ac fidelissima deuotionis erga excelsam inuictissimáque Venetam Rempublicam Principemque nostrum Serenissimum testimonium.

O. Baptista Saxio a Monaco iterum Vicario 1622.

His omnibus illustris Arquada vicus, nulla re tamen celebratur magis quam Domo, & Tumulo Petrarchæ nostri. Huius enim causa magnis Hispanorum, Gallorum & Germanorum concursibus celebratur, eorumque magna pars qui Patavii bonis artibus operam nauant eò convolat.

Nec vidisse semel satis est, iuuat vsque tueri

tanti thesauri conditiuum. Cuius denuo exẽplar habes à penicillo Hieronymi Dauid, primitus ligno jam ære impensis Typographi distinctiorem Vici prospectum præbens eo quod in operis frontispicio est, quamuis ibi Poetæ domus quam heic conspectior. Ab eo sanè præcipuam Arquadæ laudandæ materiam Scardeonius duxit Lib. I. clafs. 1. pag. 18. *Est Arquadum Collis apricus, & amœnus, atque cultissimus, vino dulcissimo abundans, sepulchro illustris Poetæ Franc. Petrarchæ celeberrimus, & à studiosis scholaribus frequentatus, nec minus à plurimis decantatus, ubi in Cœmiterio sub dio ad eius sepulchrum æneum caput ad illius imaginem conformatum visitur cum inscriptione.* Visitur inibi quoque Petrarchæ Domus variis iconibus exornata, nec non Porticus, in qua ut in reliquis agri Patauini Vicis, Ius populo dicitur, in quo Inscriptiones diuersæ olim extabant. Ad radices Collis Vicique largè scatentes riuuli fontem uberrimum producunt, cuius lympharum intuitu in ipso statim ingressu oppidi mirifice recreantur aduenæ, leni illas murmure contemplati per lapillulos niueos quasi per argenteũ alueum decurrentes. Eius porrò fontis latitudo est pedum nouem, altitudo pedum octo & unciarum trium. Fons demum dasticho insignitus, cuius iconem in curiosorum gratiam heic damus. Inscriptionis vero auctorem Lazarum Bonamicum e schedis Francisci Viduæ IC. cl. percepi. In quem elegantissimè lusit Cl. Vir Marcus Antonius Romitus, Iuris Ciuilis peritia bonarumque literarum cognitione apud Venetos magnique nominis.

Lumina vix puero nascenti adaperta Petrarchæ
Vix tenero vitæ limina pressa pede,

Cum

Cum mihi perpetuos, ut primum adoleuerit ætas,
Hæc debent luctus lumina, dixit Amor.
Ecce, vbi tempus adest, lachrymæ labuntur amaræ
Continuò ex oculis more perennis aquæ.
Scilicet obiicitur iuueni pulcherrima rerum
Perpetui fletus causa puella sui.
At longos miserata nimis Libitina labores,
Pallenti clausit lumina fessa manu.
Risit Amor, furtim & subductos condit ocellos
Non procul à tumulo, magne Petrarca, tuo.
Iussit & irriguos lympha manare perenni,
Fallere & urentes cætera membra rogos.
Splendide fons, miseros semper testabere amantes
Ponere nec lachrymis funere posse modum.

Patet hinc à læua brevis ascensus & facilis ad Parochialem ædem, cuius in area Poetæ nostri Tumba extat, quam alibi spectandam dabo; à dextera eius via plana, solidaque, deducens ad culmen montis, ubi diruti Castri veteris rudera adhuc reperiuntur. Aedem vetustate labantem paucis abhinc annis reparauit Archipresbyter Io. Dominicus Cola, & Etruscis inscriptionibus undique decorauit; quas pridem nouitatis studio dealbatis parietibus mortalium notitiæ subtractas monere debui. Nec ullum hodie vestigium magnifici istius Pontificii diplomatis, quo amplissima Apostolicæ Indulgentiæ munera iis concedebantur, qui PETARCHAE Manibus benè precati, quodque duodenis sigillis se ibidem affixum vidisse fidem mihi fecerunt Viri omni fide digni Laurentius Pignorius, Martinus Sandelius, & Felix Osius communi grassantis pestilētię sevitia Anno 1631. sublati, quiq; Dei benignitate dū hoc scribo superstes meus frater Paulus Tomasinus I.C. Id ipsum quoq; fama acceperat Vir omni studio dignissimus ob singularem animi probitatem cum insigni eruditione coniunctam IOAN. BAPTISTA AGVCCHIA Archiepisco-

pus Amasiensis Sanctiss. VRBANI VIII. ad Serenissimam Remp. Venetam Nuncius, quicum humanissimus Vir Crescētius Saccardus ipsi à secretis & ego Arquadam secedentes eius vidēdi spe frustrabamur. Cuius iacturam æquo animo ferentes, Clariss. Virorum testimoniis subnixi Summum Pontificē Poetæ idem non sine exemplo concessisse arbitramur. Sic enim Bibliotheca Hispanica de Aegidio Albornatio: *Summus Pontifex hoc tribuit eius meritis, ut quicunque lecticam quantulocunq; spatio supportaret, peccatorum remissionem perinde consequeretur, ac si Anno Iubilei Apostolorum Petri & Pauli ædem inuisisset. Quod officium Aegidio cum locupletissimo ipsius meritorum testimonio ab Henrico Rege, qui Petro fratri à se interfecto successerat, suisque purpuratis præstitum accepimus.* Horum quidem omnium, quæ Petrarcham spectabant, non mediocri diligentia collegerat aceruum Parochus: sed ea ipsius morte tam variè distracta, ut mihi etiam auctoritate publica apud hæredes de iis inquirenti nihil prorsus obvenerit. Reliquæ autem inscriptiones saxis incisæ, quę foris in Sacræ Aedis parietibus leguntur, suo loco patebunt. Legebantur & in parietibus Porticus alterius Basilicæ carmina quædam iisdem ab advenis incisa, sed ista pariter indigenarum inscitia deleta sunt, uno tantum Epigrammate superstite, in amantium LAVRAE & PETEARCHAE effigies, quod cultissimi & elegantissimi Laurentii Pignorii Canonici Tarvisini esse diximus Cap.XVI. Sita vero est in Arquadę vertice versùs colles peramænos inter vireta, & silvas non longe à foro Vatis nostri DOMVS vera Charitum Musarumque sedes, totius Vici ornamentum, quam ambiunt prata virentia vitibus consita, ad radicem rupis ipsa floresque amœni sese in eiusdem obsequium insinuant. Stat prospectus Vallis; stant obiectæ incolarum domus, undique aspectus varius, & iucundus. Area eius spatiosa satis cisternæ commoditate gaudet: adiacet hortus, quem excipit mediocre vinetum. Dignum hærede divino Vatis spiritu domicilium, cuius exactiorē universæ structuræ speciem perita M. Antonii Bonacorsi manu


deli-


delineatam ab ea, quam cum Vico Arquada operis initio præmiſimus, cum Ichnographia numeris ſuis diſtincta heic ſubiicimus.




Fonti Numen inest, Hospes uenerare liquorem
Vnde bibens cecinit digna Petrarcha Deis.
F. P. V. A. M. C.

Petrarchæ Domus Arquadæ.





Ichnographia ejusdem.

1 Porta est operis Etrusci, quod architectorum vulgo Rusticum, insignita Armis Gentilitiis Nobilium Gabrieliorum cum hac subscriptione. HIERON. GABRIELIVS REST.

2 Atrium, in quo Triumphos ab eo decantatos expressit pictor. unde per valuam ad hortos & colles aditus patet, supra quam hoc legitur Epigramma:

Impune hinc Cererem sumas, impune Lyæum,
Intactas habeat dum mea Laurus opes.

Elegantissimum hoc distichon politissimi quondam ingenii omnisq; antiquitatis peritissimus Aloysius Corradinus Pandectarum Professor publicus in suas ædes traduxit, ubi ad cellam vinariam saxo literis uncialibus incisum spectatur.

3 Mesaula.

4 Cubiculum visionum.

5 Aula descriptis infra symbolis illustrata.

6 Podium ducens in Cubiculum, cuius caminus insculptis diuersarum Nationum nominibus variegatus non obscurum præbet venerationis monumentum: quod loci Herus parietum nitore contentus adhuc superstes voluit.

7 Cubiculum perexiguum adiacens Museo.

8 Museolum perangustum, ubi superstes adhuc pluteus cum scamno à tineis corrosus: cuius ianua Aristotelis effigie insignita, ei persimilis, quam ex marmore antiquo artificiosè sculptam videre contigit apud Ioannem Rhodium, cum hac inscriptione ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ. Fenestra huic una spectat ad Septentrionem.

9 Podium, quod amœnitatis plenum amplum præbet prospectum.

10 Cubiculum, quod lacrimas eius in obitu profusas excepit. ubi & rarissimi artificii effigies Cleopatræ.

11 Subcubiculum, siue recessus.

12 Cella Vinaria subterranea & rei domesticæ inseruiens.

13 Culina.

14 Aditus ad Vinetum.

15 Equi-

15 Equile.

Possessorem nacta hæc domus primo Domino dignum Marcum Antonium Gabrielium Nobilem Patauinum, qui literis & pictura unicè delectatur, à suis maioribus traditam diligẽti cura conseruare, vetustateque collapsam restituere pristino decori studet; Aduenis hospes facilis, & Musis amicus, ut Vatis nostri monumenta commodè lustrent. Eaque certè Magnorum Virorum meruit præconia. Quos inter non infimi PETRARCHAE cultores Laurentius Pignorius Canonicus Taruisinus, & Marcus Antonius Romitus politissimas soluerunt Elegias.

In hac FRANCISCI PETRARCHAE Domo verenda supersunt vetustate magna cura à fundi hero religiosè conseruata ex illius suburbana supellectili, POETAE & LAVRAE effigies in tabulis; SEDILE, ex quo tamquam è tripode carmina diuina cecinit Vates noster, quoties post deambulationem dulciter quiescebat, opificii ad eius seculi usum non temnendi, cui similem propè dono Marci Fransini in meo Museo videre est: ABACVS eiusdem ferè operæ; & supra ostium cubiculi apud Museolum in loculamento est FELIS integrè seruata, quam Poeta in deliciis habuit. Cuncta separatim exteris spectanda infra exhibemus. Te vero Lector humaniter rogatum volo, ut si minutias afferre videbimur, id non mireris. Adiicimus enim rusticorum bellariorum aliquid: exiguo cibo plebis etiam adhibeatur idoneum stomacho temperamentũ. Non omnes Apicii ac Paxani cupedines concoquunt: quidam lupinis delectantur. Sedilis primum, hinc Abaci, Felis tandem pagellæ imaginem impegimus. Sed bene, inquies benè, potes gloriari scriptor, alter in Machæra Peleus; pyramidum Hieroglyphica nobis affers, ac miraculorum mundi septena nobis proponis spectanda. Vera obiicis. At paucis te volo: nonne Epicteti Lucernula, Diogenis Testa, quam habitabat, ipsa apud veteres magna veneratione habita: ipsa etiam Martialis Catella festiuissima expressa penicillo apud

eun-

eundem Poetam cernitur? Sed edico, mi Lector, non tibi eruditionis corculo hæc insinuo. Scribo illis, qui non tam emunctæ naris sunt. Specta igitur Vatis Sedile, gemino Epigrammate à Pignorio V. C. celebratum.

Hospes ades, tenuemque procax ne despice sellam,
Terpsichore qua vix aurea maius habet.
O quoties Vatum hac sedit Clarissimus olim,
Dum canit ad Thuscam carmina culta lyram?
Cum rigidæ ad numeros motare cacumina Quercus
Conspectæ, & rabiem ponere iussa fera est.
Phœbe pater, quid sellam axi superaddere cessas?
Dignior haud currus instruet ulla tuos.

Aliud.

Enthea Pierii nemoris si te allicit umbra,
Excitat aut blandam Pegasis unda sitim.
Inside, & hic domino, dices, agitante calesco,
Nilque moror Tripodas candide Phœbe tuos.

Huic subiicio ABACI typum, quem cum tertium perlustraret mecum Io. Rhodius, extemporaneum hoc profudit distichon:

Limpida seruaui mensis crystalla PETRARCHAE.
Simplicitas æui quæ fuit, inde patet.

Nec prætereundos interea iudico versiculos, quos in eundem cum illuc proficisceretur, protulit mihique tradidit Ioannes Argolus raræ eruditionis Iuuenis Tuscæ, Latinæ, Græcæ, Linguæ peritus, magni iudicii literarii, magnæ indolis poeticæ, magnæ spei.

Diogenis paruæ non concedentia testæ
Qui spectas veteris ligna vetusta domus;
Hic Abacus Vatis, cui debet Hetruria laurum,
Quem fama est tenui sæpe onerasse luto:
Vasa ministrabat facili Campania limo,
Ponebatque humiles creta dolata dapes:
Non hic Mentoreis insigne toreuma lacertis,
Diffusum in tabulis non rutilabat ebur.

Or-

Ornamentum Abaci virtus, conuiua tonantis
Qua sine non superum fulget honore Pelops.
Si nunc Diogenis, Pellæque rediret Alumnus,
Vtraque Pellæo cognita tecta forent,
Diceret, i Cynice, & quantum placet, utere Phœbo,
Me melior modici liminis hospes habet.


Huic subnectimus iconem Felis delicii eiusdem Vatis, cuius ea præsidio contra temporis iniuriam communita. Hæc variis celebrata fuit encomiis. In quibus Poeta eximius Antonius Quærengus bina paris elegantiæ Epigrammata reliquit. Quæ M. Antonii Gabrielii prouidentia saxo ibidem incisa hæc extant.

Etruscus gemino Vates exarsit amore,
Maximus ignis Ego, Laura secundus erat.
Quid rides? diuinæ illam si gratia formæ
Me dignum tantum fecit amante fides:
Si numeros, geniumque sacris dedit Illa libellis,
Causa Ego, ne sæuis muribus esca forent.


Aliud.

Arcebam sacro viuens à limine mures,
Ne domini exitio scripta diserta darent.
Incutio trepidis eadem defuncta pauorem,
Et viget exanimi in pectore prisca fides.

Ac tantum habuit semper hæc apud omnes opinionis, ut aduenę quidam iusto nimium curiosi eius transportationem moliti fuissent, nisi villici industria collecta agrestium manu eam recuperasset. Cuius rei memoriam mihi suggessit eruditiss. D. Carolus Auantius Philosophus & Medicus rei herbariæ peritissimus, qui tunc in Montes Euganeos secesserat.



SELLA FRANCISCI PETRARCÆ




PETRARCHÆ
MVRILEGA.

MYTHOLOGIA ICONVM EODEM SPECTANTIVM.

Cap. XX.



APIENTIAE myſteria fabularum inuolucris velare non ſolum Poetis antiquiſſima erat conſuetudo, ne vulgo ea profanarentur, ſed Philoſophis quoq; graviſſimis, qui dogmata figmentis, fabelliſque veſtiebant, naturæ interim abdita rebus ſenſui obuiis propalantes. Hinc diuino Platonis decreto Lib. II. de Rep. puerilis inſtitutionis initium honeſtis fabulis adſcribitur, *ut animi diligentius, quam corpora ipſa manibus informentur*. Neque aliunde profluxerunt Aegyptiorum Characteres, Signa, Imagines, quorum adhuc à vetuſtiſſimo ſeculo gratæ apud nos reliquiæ. Quam etiam conſuetudinem inter plures retinuit Myſtagoga noſter Etruſcus, qui grauioris ætatis ſeceſſum lectiſſimis ſuo ingenio exornauit imaginibus, ut ſibi viuenti eſſent ſolatio, poſteris verò virtutis documento. Ingredienti itaque ipſius domum primo ſtatim veſtibulo occurrunt coloribus aquatis Triumphi ſex, Amoris, Caſtitatis, Libitinæ, Temporis, & Deitatis, artificiosè expreſſi, ſubiecto cuiuis carmine Etruſco. Quorum Ideam ex Auctoris Poematibus huc reuocare ſuperfluum duxi, expreſſa tantum ſubſcriptione, quam appingi voluit ipſe fundi herus. Primi Triumphi hoc legitur Epigramma:

Queſto è colui, ch'el mondo chiama Amore.
Secundi, *Con vera Caſtità ſomma beltate.*
Tertii, *Io ſon colei, ch'è ſi importuna, e fera.*
Quarti, *Raro ò neſſun, che in altra forma ſalgie.*
Quinti, *Ogni coſa mortal Tempo interrompe.*
Sexti, *Tarde non fur mai gratie diuine.*

In superioris contignationis cubiculo Septentrionali, quod adhuc VISIONVM cognomen retinet, in summitate parietum coloribus obsoletis quatuor adhuc spectantut Visiones sine ulla inscriptione. Prima exhibet PETRARCHAM sub Lauro considentem, unde eminus in pratis florum diversitate amœnissimis festiuos Pastorum choros aspicit. Altera continet LAVRAM gemino corporis situ, recto, & iacente apud fluuium. Tertia ostendit Nauem cęlo sereno è portu solventem, quam procellosa tempestas mox evertit. Quarta conspicua est Phœnice sibi pectus tundente. Quarum Mythologia, quoniam in varios trahi posset sensus, heic consulto supersedeo, aliorum ingeniis aliquid relicturus, pręcipuè cum præter nudam delineationem nihil visu dignum. Inde in Atrium recedentibus occurrit octonarius aliarum tabularum numerus, adiectis cuique versibus Etruscis, ex Auctoris opere depromtis. Quas ab alio quopiam in Poetæ honorem positas ut credam, persuadet operis forma & color: quamuis carmina Auctoris nostri fuerint genuina. Harum quasdam vetustate obsoletas restituit possessor Gabrielius Pater. Ex quibus sex de pariete huc transferimus, schemata mysteriis involuta porrò strictim enucleaturi.

I.

Poeta igitur, dum varias recenset sui transformationes satis venustas, nec ab ingeniosis veterum commentis alienas, nunquam ita à semetipso mutatus videtur, ut Lauri memoriam exuerit. Et quidem oculis primùm occurrit Aquila supra trigam librorum erecta clangens, ponè quam Phœbeæ Lauri frondens surculus virescit: Flammam ea respicit è thermis exhalantem ad Colles, quibus inaccessa imminet rupes Vicum pede sustinens. De quibus si quidpiam diuinare licebit, crediderim ego, quod Aquila notet Poetam nostrum in sublimium rerum contemplationem elatum, non secus atque Solis radios oculo irretorto patitur Aquilæ acies: cuius elogiis veluti alis in cęlum unà ferebatur Laurus cæteras vitæ

deli-

I.



delicias sua umbra obscurans. Sileo enutritum Lauro Vatem nostrum diuinis ingenii monumentis totque voluminibus per orbem sparsis suos in Lauram ignes honestæ voluntatis stricturis prodidisse: quam rupis instar constantissimam semper in mutuos affectus candidè conseruauit, hoc monumento.

Alzando lei, che ne'miei detti honoro.

II.

Sub frondosa porrectaque Lauro LAVRA Vatis nostri amor & delicium conspicitur, ut eam Ecloga III. ipse descripsit.

Purpurea in ripa, laurique virentis ad umbram
Virgineam aspicio, Cælo plaudente choream.

Ponè quam Cupido latens ignem conceptum venustè fouet. Petrarcha verò mutuo amantis aspectu fixus, fulgurantis eloquentiæ radiis eam veluti suam Daphnem ita compellat:

Daphne, nostra quies, noster labor atque voluptas,
Vnam ego Te dominam, Teque hostem affusus adoro:
Tu decus es nemorum, Tu spes pastoribus ingens,
Te Vates, magnique Duces, Te Iuppiter altus
Diligit, ac iaculo refugit violare trisulco.

Iam iamq; migrat in Lauri speciem versibus Italicis Iconi appositis. Amor nempe & Lauræ forma Poetam in Laurum traduxerunt. Cuius assiduo virescentis cultu Musis innutriti Vates Laurophagi meritò audiunt, Lauri præmio contenti. De quibus scitè ipse Poeta:

Omnibus his viridi frondebant tempora Lauro.
Heic ego, dissimili quanquam sub sidere sertum,
Fronde tamen simili faciam tibi, porrige ramum,
Quem sacra Castaliæ regnatrix tradidit almæ:
Illius heic, nostrumque simul tibi, munus habeto.
Linque alias curas, & noster protinus esto.

Ita verissimum Propertii illud:

Ingenium nobis sola puella dedit.

Vnde invulgatum etiam apud Græcos est, referente in Symposiacis Plutarcho:

Mu-

II.



Musicam docet Amor.

Iconi carmina adiacent.

E i duo mi trasformaro in quel ch'io sono,
Facendomi d'huom viuo, un Lauro verde,
Che per fredda stagion foglia non perde.

III.

Lauram sollicitè dum quærit Poeta, ipsam in pellucido Fonte sub umbra Lauri sibi delicias facientem offendit. Puella verecundiæ plena, inopinato vatis accessu indignata se turbari, aquam vola in ipsum eiaculatur, ut se simul eius oculis subduceret. Is vero nihilo inde mutatus purum mentis amorem constanter seruauit, licet latentis feræ instar in Vallem Clausã aliquantisper diuerteret. Fato sanè mitiori, quam Actæon, cuius transformationem à Dianæ nudatæ conspectu ingerit ceruus, quem eminus insectantur canes. Sensus nempè animiqui motus incompositi mentem corporeis voluptatibus illaqueatam sæpe laniant & conficiunt. Totum eleganter Poeta expressit.

Stette à mirarla, ond'ella hebbe vergogna,
E per farne vendetta, ò per celarse,
L'acqua nel viso con le man mi sparse.

IV.

Cygnus Apollini Poetarum Præsidi sacer atq; Musis Petrarcha secus fluuium Sorgam per amœna deambulans, undique collibus virentibus circumseptus, solitudinis veræ cultor, iam non ut Iuppiter in Amycleo conversus amoris illecebris frueretur, sed auersum Cygnum veluti fugientem insequitur; ut non tam cantu ac querula voce, cui insenuerat, laboriosi amoris fatum defleret, quam cano capite instar Regis Liguriæ tactum à Superis Phaetontem anserinis plumis tandem indueret. Amoris nempe senilis pænitudinem innuit vates. De quo sic Ouidius:

In mea cycneas imitautur tempora plumas.

Emblematis mysterium viuis verbis revelauit Vates:

E gia-

III



IV.



E giamai poi la mia lingua non tacque,
Mentre poteo del ſuo cader maligno:
Ond'io preſi col ſuon color d'un Cigno.

V.

Poetæ interpretes heic varii ſunt, nec pauca de huius figmenti occaſione nata ex indignatione pro ſuo ingenio comminiſcuntur. Mihi ſanè tutiſsimum fuit Vatis ipſius mentem ſequi, quam ille ſic aperuit:

Mi volſe in dura ſelce, & così ancora
Voce rimaſi dell'antiche ſome.

Nimirum Meduſeis veluti in ſpeciem indignantis Lauræ oculis in duram ſilicem verſus Poeta amorum pertœſus relicto corpore *Vox manet*
Lauræ nomen perpetua eius memoria ingeminans. De qua ipſa,

Chiamando morte, e lei ſola per nome.

Egregiè in Gigantomachia hanc in rem Claudianus:


—————— Tritonia virgo
Proſilit, oſtendens rutila cum Gorgone pectus,
Adſpectu contenta ſuo, non utitur haſta.
Nam ſatis eſt vidiſſe ſemel, primumque furentem
Longius in faciem ſaxi Pallanta reformat.
Ille procul ſubitis fixus ſine vulnere nodis
Vt ſe lætifero ſenſit dureſcere viſu,
Et ſteterat iam penè lapis, quò vertimur? inquit.
Qui ſerpit per membra ſilex? qui torpor inertem
Marmorea me peſte ligat? vix pauca locutus
Quod timuit iam totus erat. ————

V I.

Poſtquam igitur fati aſperitatem aſſiduis ſuſpiriis incuſaſſet cygnus ille Phæbeus, Laura iis mota cor ei animumque tot querelarum fontem eripit, indicto minis ſilentio, moxque diverſa apparet ſpecie, gratioſa nempe & comi. Poeta itaque ſimulatam indignationem cum inde collegiſſet, Lauram ſerio

qui-

V.



VI.




quidem, animo tamen pauido, denuo adoritur. Quod ipsa indignè ferens ad primum reuersa ingenium sic eius mentem perculit, ut saxi instar obstupesceret. Rem tamen integrè Iconi non subiecit Pictor, qui dulcem Vatis pœnam suppressit.

Questa, che col mirar gli animi fura,
M'aperse il petto, e'l cor prese con mano,
Dicendo à me, di ciò non far parola;
Poi la riuidi in altro habito sola.

Sed relicta cuiuscunque contemplationi eius loci amœnitate, quæ orationis angustiam excedit, ad Poetam redeamus.

POSTERITAS.

Cap. XXII.


LORENTE ætate natam fuisse Poetæ filiam plerisque notum est, publicisque monumentis satis testatum. Obscurior tamen eius est ortus. Vnus heic Squarciaficus refert Oratorem & Historicum Cl. Candidum Decembrem sibi narrasse, quod à patre suo Petrarchæ contubernali accepisset, Poetam, Mediolani dum esset, secessisse in Vicum Vrbi vicinum, qui Linternum dicebatur, vulgo corruptè Infernum, ubi ex familiari consuetudine fœminæ clarissimæ de Beccariorum domo illius amore captę susceperat natam elegantis formæ atq; indolis, cui inditum Franciscolæ nomen. Hęc nubilis Francisco de Brosano Mediolanensi filio quondam D. Amicoli Portæ Vercellinæ in matrimonium tradita feliciter cum ipso vixit annos decem, Velutello & Gesualdo testibus, Patrique supervixit; quamuis verba testamenti Petrarchę, quibus anno 1370. Franciscolum hæredem instituit, nullā filiæ mentionē faciāt. Poeta nempe vita excessit anno 1374. filia vero 1384. quemadmodum in Hist. Taruisinæ Lib. X pag. 575. disertè notauit Cl. Vir Io.
Boni-

Bonifacius Historicus & I C. insignis, de patria benè meritus. Lectissimæ Matronæ Epitaphium præter Bartholomæum Burchelatum Lib. II. Mem. Taruisinæ Historiæ vulgarunt diuersi itinerum Italicorum scriptores, cuius ectypon heic damus ex eo quod Taruisii in strato marmoreo ad D Francisci ostium australe conspicitur, unde ipsam multis filiis aliquamdiu editis in partu tandem excessisse colligitur.

FRANCISCAE PARIENTI PEREMPTAE
FRANCISCI PETRARCHAE
LAVREATI FILIAE
FRANCISCOLVS DE BROSSANO
MEDIOLANENSIS MARITVS.

Conspicitur etiam in Tabula marmorea inibi monumentum hoc Franciscolæ alloquio omnem fermè eius vitæ seriem tradens.

Tusca parente pio, sed facta Ligustica dulci
Coniuge, iam proles plurima clara fuit.
Nulla magis seu fida Viro, seu subdita Patri,
Seu magis externæ nescia lætitiæ.
Nomen erat FRANCISCA *meum, studium sed honestas.*
Dos mea simplicitas, & sine labe pudor.
Me mea sors variè puerili vexit in æuo,
Hic immota quies, hic mihi certa domus.
Iam Matrona quidem, sed adhuc florentibus annis
Eripior terræ, restituorque polo.

Quam charè eam habuerit Franciscolus coniux, ex tam splendida memoria satis coniicitur. Quantis verò ingenii dotibus ipse fuerit laudatus, modo indicat Bonifacius, qui eum iure ciuitatis donatum tradit, ut merito generi & charissimi filii titulo à Poeta nostro honestatus fuerit. Filius inter cæteros, qui Francisci nomine infans obiit, quam fuerit egregia forma & Petrarchæ simillimus ex Epistola IV. Lib. X. Senil. consolatoria ad Donatum Apennigenam Grammaticum super illius filii, suique simul nepotis immaturo obitu conspicuum est. Vbi

sic ille. *Ego filium desidero, tu nepotem.* CHRISTVM *enim & amicitiæ fidem iuro plus me illum amasse, quàm filium. Non illum ego, quid ad rem, at mei genuerant Francisci, qui ut nosti, per se quisque non minus, quam ego ipse animo meo chari sunt. Ita ex duobus longè mihi charissimus progenitus, duplo mihi erat charior, quam si ex me genitus fuisset. Tu antiquum ac præclarum tuo nomen, nos nostro humile ac domesticum dederamus, imo utrumque tu dederas, tuus Solon magni si fors sineret profectus augurium, noster utriusque parentis, meumque simul nomen nactus erat, ita & solatium vitæ ingens, & spes domus ac iucunditas, & nobis tribus, quartus iam Franciscus accesserat. Obtigerat illi credo, ut hinc acrius dolorem & ingenium & formæ rarum decus, regium diceres infantem. æquaturus apparebat formæ gratiam paternæ, sed victurus ingenium, quod deterrimum in illo dixerim, sic me ore referebat, ut ab ignorantibus matrem prorsus ex me genitus credi posset.* Et paulo post: *Cum vix esset anniculus, in illius vultu meam faciem te vidisse, & hinc nescio, quid magnæ spei iam tunc animo concepisse memini. Quæ quidem similitudo, in tanta ætatum distantia, tam insignis, ipsis quoque parentibus chariorem, eumque atque omnibus passim charum, sed in primis magno illi Ligurum Domino tam acceptum fecerat, ut qui paulo ante, sui unici infantis interitum siccis oculis spectasset, nostri obitum sine lacrimis vix audiret.* Quoniam vero gratiam aliam referre mortuo non licet, quam statuæ aut sepulchri, quid hic præstiterit Poeta, porrò audiendus: *Omnem meæ fragilitatis historiam, ut noris, bustum ego marmoreum illi infantulo apud Ticini Vrbem, bissex Elegis inscriptum literisque aureis exaratum statui, quod vix alteri facerem & mihi ab altero fieri nollem.* Affectus adeo teneri causam more subiungit: *Hoc illi gratum volui, non causam lacrimis, ut Maro ait, sed memoriæ non tam meæ, cui nec saxo, nec carmine opus erat, quam eorum, quos illuc casus attulerit, ut sciant, quantum ille suis ab ipso vitæ principio charus fuit.* Elegia hæc est:

Vix mundi nouus hospes eram, vitæque volantis
Attigeram tenero limina dura pede:
Franciscus genitor, genetrix Francisca, secutus

Hos

Hos de fonte sacro nomen idem tenui:
Infans formosus, solamen dulce parentum,
Hinc dolor: hoc uno sors mea læta minus.
Cætera sum felix, & veræ gaudia vitæ
Nactus, & æternæ, tam cito, tam facilè.
Sol bis, luna quater flexum peragrauerat orbem,
Obuia Mors, fallor, obuia vita fuit.
Me Venetum terris dedit Vrbs, rapuitque Papia:
Nec queror, hic Cælo restituendus eram.

SVMMA VATIS PIETAS.

Cap. XXII.



PEtrarchæ hos affectus, hos mores comitabatur maxima diuini Numinis veneratio, qua ille cæteris ita præfulsit, ut ipsius apud omnes meritis plurimum inde accederet splendoris. Maxima enim animi deuotione summa quotidie in Deum elucescebat Pietas, studiique in mortales alacritas: Certo quidem documento, sed maximè conspicuo, cùm sacris initiatus se totum Deo sanctissimè traderet. Ac licet figmentis potius & rythmis naturali impetu abriperetur, sacris tamen literis maximè incumbebat. Quod Epistola ad Posteritatem sæpiculè à nobis adducta testatus; *Ingenio*, ait, *fui æquo potius quam acuto, ad omne bonum, & salubre studium apto, sed ad Moralem præcipuè Philosophiam, & ad Poeticam prono. Quam ipsam processu temporis neglexi, sacris literis delectatus, in quibus sensi dulcedinem abditam.* Cuius indicium præbent piæ sacræque lucubrationes multæ, quas composuit. Inter eas præcipuè; *De sui ipsius & aliorum Ignorantia, De Vita solitaria, De otio Religiosorum, De vera Sapientia, De Conflictu curarum suarum.* Quibus in operibus vitam procul à mundi illecebris ac blanditiis segregandam, & feliciorem appeten-

dam docet. Quid resonant aliud eius Psalmi quos ad exemplum Prophetæ Regii effuderat, cum humani pectoris lapsus & iuuẽtutis errores in luctu ac squalore defleret. Quibus iure annumerantur, quos suo loco in Vaticano diximus, Psalmi cõfessionales Christianæ pœnitudinis pleni. Nec meditationes eiusmodi reticuit *Lib. de Cõflictu miseriarũ suarũ*; vbi hæc animo ingenuo: *cum sit profecto verissimum ad contemnendas vitæ huius illecebras, componendumque inter tot mundi procellas animum, nihil efficacius reperiri, quam memoriam propriæ miseriæ, & meditationem mortis assiduam, modo non leuiter aut superficie tenus serpat, sed in ossibus ipsis ac medullis insideat*. Hos si dixerim ipsum chely in vitæ mortalis solatium, ac blandimentum, senectutis oblectamentum cecinisse, nihil fortassis ab eius instituto alienum fecerim, puta qui Magistro Thomæ Bombasio Ferrariensi legauit conceptis verbis *Lautum bonum, vt eum sonet, non pro vanitate sæculi fugacis, sed ad laudem Dei æterni*. Pietatem in Lib. de Remediis vtriusque Fortunæ apertiùs manifestauit Dialogo XIII. de Religione: *Religio optima, & perfecta vna est, supra Christi nomen, supraque petram firmissimam fundata. Reliquæ omnes superstitiones vanæ, & deuia, & errores sunt, quibus est iter ad tartarum, atque ad mortem, non hanc momentaneam, sed æternam*. Omitto cætera. Illud tamen preterire nolo. Poetam nostrum non ignaua sententia, sed opera, se diuinæ legis sectatorem minime simulatũ probasse. Ieiuniis nempe statis, vigiliisque quotidianis animum in diuinum cultum & preces ipsum formasse, fidis multorum testimoniis per ætates abundè accepimus.

Atque hæc omnia extrema tandem voluntate magno pietatatis exemplo confirmare libuit. Siquidem Vallis Clausæ domum & agros, ubi diu suauiter vixerat, pauperum commodo dicauit hisce verbis: *Duo, antequam finiam hanc scripturam, addenda sunt. Vnum est, quod modicum illud terræ, quod habeo ultra montes, in comitatu Vensini in Villa seu Castro Valclusæ Diœcesis Caualiensis, quia sine dubio eundo illuc, vel etiam mittendo, quo-*

dam-

dammodo plus expenderetur, quam res valeret, volo, quod ſit Hoſpitalis dicti loci, & in uſus pauperum Chriſti. Eodem affectu Aedis Cathedralis Patauii ſe non fuiſſe immemorem hiſce oſtendit. *S. Eccleſiæ Paduanæ, unde percepi commoda, & honores, ordinaui animo iampridem puſillum terræ emere, quod eidem teſtamento dimitterem uſque ad ſummam videlicet ducentarum librarum huius paruæ monetæ, vel plus, ſi plus poſſim; ſed ad hanc ſummam habeo jam verbo licentiam à Magnifico Paduæ Domino ac meo Domino Franciſco de Carraria, quam vel in vita mea, vel poſt obitum, quoties ſeu quandocunque petita fuerit, daturum eſſe non dubito.* Et infra. *Sin autem quoniam nonnunquam piæ voluntates propter peccata hominum deduci nequeant ad effectum, dictam terram emere, vel propter negligentiam omiſero, lego ipſi Eccleſiæ Patauinæ ducatos ducentos auri, ad emendum aliquantulum terræ, ubi melius fieri poterit, de cuius prouentibus perpetuum anniuerſarium animæ meæ fiat.* Quod etiamnum hodiè Menſis Iulij die IX. religiosè ſeruatur. Librorum quoque ſuorum aliqua parte eandem hęredem ſcripſit, in cuius Sacrario Breuiarium ſuum purpura coopertum poſterorum uſui inſeruire voluit. Teſtamenti verba hæc ſunt: *Presbytero Ioan. à Bocheta cuſtodi Eccleſiæ noſtræ Breuiarium meum magnum, quod Venetiis emi precio centum librarum, ea tamen lege, illud ei dimitto, ut poſt eius obitum remaneat in Sacriſtia Eccleſiæ Paduæ ad obſequium perpetuum Presbyterorum, ut ipſe Presbyter Ioannes & alii orent, ſi eis placeat, CHRISTUM & Beatam Virginem Mariam pro me.* Manſit ibi uſque ad Caroli S. Bonifacii Patauini Canonici tempora, qui illud dono impetratum, ſecum Romam detulit, ubi cum viuere deſiiſſet, una cum eius ſupellectile à Camera Apoſtolica auctioni ſubiectum tranſiit in Gregorii Montagnanæ poſſeſſionem: apud quem illud non rarò vidit V. C. Laurentius Pignorius Canonicus Taruiſinus aliique Viri præſtantes. Senſit & PETRARCHAE noſtri liberalitatem Parochialis Arquadæ, cui xx. ducatos legauit. Pauperibus item centenos ducatos in diem ſui obitus diuidendos reliquit, prohibita omni funeris pompa, atq; amicorum

fletu, ut defunctis inutili. Testamenti porrò totius serie cùm Lectori fastidio esse noluerim, hactenus iis passim insertis quæ ad rem nostram, Coronidis loco potior hic sufficiet exordii pars, veluti supremum pietatis ipsius argumentum; quo hoc Capitulum signetur. *Sæpè de eo mecum cogitans, de quo nemo nimis, pauci satis cogitant, de nouissimis scilicet ac de morte: quæ cogitatio, neque superflua esse potest, neque nimium festina, cum & mors omnibus certa sit, & hora mortis incerta. Vtile ac honestum credo antequam me mors impediat, quia mors ipsa, quæ per varios & ambiguos rerum casus semper nobis impendet per utilem breuitatem, procul esse non potest: nunc Dei gratia dum corpore simul atque animo sanus sum, de meipso ac de rebus meis testando disponere.* Et paulo post: *In primis animam meam peccatricem, sed diuinam misericordiam implorantem, & de illa sperantem commendo humiliter IESV CHRISTO, eique flexis ipsius animæ genibus, ut à se creatam, suique sanctissimi sanguinis pretio redemtam, protegat, effusus supplico, nec permittat ad suorum manus hostium peruenire. Ad hoc etiam auxilium Beatissimæ Virginis Matris suæ & Beati Michaelis Archangeli reuerenter & fideliter imploro, & Sanctorum reliquorum, quos intercessores apud* CHRISTVM *inuocare sum solitus, ac sperare. Corpus autem hoc terrenum ac mortale nobilium grauem sarcinam animorum, terræ, unde sibi origo est, volo restitui.*

SE-

SENECTVS, OBITVS, ET FVNVS.

Cap. XXIII.



HIs animæ præſidiis piè munitus quod vitæ reliquum varias inter fortunæ blanditias ad ſenium traduxit PETRARCHA noſter. Patauii ſedem ille ſuam amœnioris illius aeris dulcedine delectatus pridem fixerat, inibique prudentiſſimo Viro Franciſco Carrarienſi, ſenioris Iacobi filio, in primis charus cæleſtem in terris vitam quodammodo traducebat. Summa quippe ſibi Virum ſummum neceſſitudine nexuerat Patauinæ ditionis Princeps, nec amore ſolum ſed obſequio pariter, cultuque maiori proſequebatur in dies, nec alia re ſolebat magis, quàm tali ac tanto rei literariæ lumine, uti decore imperii ſui maximo gloriari. Accedebant eò literatorum cætus pari in eundem ardore propenſi, maximuſque ex omni terrarum angulo concurſus eruditorum hominum ad Patauinam Vrbem, vt rarum adeo caput venerarentur. Miro ſcilicet ille candore morum, innocentia vitæ, probata animi conſtantia, diuini numinis zelo, cęteriſque virtutibus, quæ virum pium, & ſacris myſteriis initiatum decent, ſic inter mortales cęteros elucebat, ut abſolutiſſimum ſe virtutum exemplar omnibus imitandum præberet. Cathedralis Eccleſiæ Patauinæ Canonicus talem ſe perpetuò geſſit, ut eidem ingenti fuerit ornamento. Sedes illi Patauii modò, modò Arquadę fuit, ſolaque illi vtrobique voluptas & maxima, literarum ſtudium, & exercitatio virtutis intermiſſa nunquam. De cuius peculiari viuendi ratione, etſi ob longam temporis intercapedinem nihil certi habeamus; memoria tamen digna ſunt, quæ de familiari Poetæ ſtudiorũ modo affert Franciſcus Bocchius *Lib. I. Elogiorum*, quibus Viri doctiſſimi Florentiæ nati

decorantur. *Consueuerat Poeta noster dum moliri aliquid cogitando vellet, multis spatiis faciendis deambulare solus, & dum orirentur cogitationes, atque aliæ alijs succederent, ne quæ subito eruperant euanescerent, pellita quadam in veste, qua erat indutus, quæque nullo panno exteriore erat coperta, scriptitare subito quæ Tuscis in Musis venerant in mentem, multisq; hac atque illac notis & lituris circumscribere. Hanc ipsam vestem Ioannem Casam vna cum Iacobo Sadoleto & Ludouico Beccatello, quorum erat in potestate, contemplari solitum esse dicitur, & cum Anno M D XXVII. grauis pestilentia omnia in Italia deuastaret, cum animi tum etiam salutis causa rus Muggollanum Ioannis Casæ omnes concessisse, secumque hanc vestem ut per otium contemplarentur habuisse.* Frugalem hunc inter parietes domesticos vestiendi morem non à sorditie, nec à morositate Cynica, à quibus alienissimus erat Poeta ingenio nobili, moribusque politissimis natus, sed à priori seculo manasse, suadet in primis Innominati cuiusdam Scriptoris Itali nondum editi auctoritas, qui Imperante Federico floruit, cuius ob vetustatis notitiam non mihi præter rem visum integram quamuis prolixiotem huc transferre narrationem ex MS. in membranis titulo *Chronici Septem Aetatum*, quod in Museo Cl. Ioan. Rhodii varia Librorum supellectili instructissimo obseruaui. *Per huius Imperatoris tempora rudes erant in Italia ritus & mores. Nam Viri infulas de squamis ferreis capite gestabant insutas biretis, quas appellabant Majatas. In cœnis Vir & uxor una manducabant paropside: usus incisoriorum ligneorum non erat in mensis: unus vel duo cyathi in familia erant: nocte cœnantes lucernis, aut facibus mensas illuminabant, facem tenente vno puerorum vel seruorũ. nam candelarum de sero vel de cera vsus non erat. Viri chlamydibus pelliceis sine operimento, vel laneis sine pellibus, & infulis de pignolato etiam quando veniebant ad nuptias Viris suis coniugatæ. Viles tunc erant cultus virorum, & mulierum. Aurum & Argentum rarum vel nullum erat in vestibus. Parcus quoque erat victus. Plebei homines ter in septimana carnibus recentibus vescebantur. tunc prandio olera cocta cum carnibus. Cœnam autem ducebant ipsis carnibus frigidis*

reser-

reservatis, non omnibus erat usus vini æstate. Modica numorum summa se locupletes habebant. parvæ tunc erant cellæ Vinariæ, horrea non ampla. promptuariis erant contenti. Modica dote nubebant fœminæ, quia earum cultus erat parcissimus. Virgines in domibus patrum tunica de pignolato, quæ appellatur sotanum, & paludamento lineo, quod dicebatur xocca, erant contentæ. ornatus capitis non preciosus erat virginibus aut nuptis. Coniugatæ latis vittis tempora & genas sub mentum vittabantur. Virorum tunc erat gloria in armis esse, & equis commodis. Nobilium locupletum erat gloria Turres habere, quo tempore Vrbes Italiæ singulæ multis turribus inclytæ videbantur. Hæc ille. Quæ ut planiora sint, id obiter monendum, Maiatas fuisse galeas, quarum pars erat loricata: lorica enim vulgo maglia, ut sit maiata quasi magliata: *Pignolatum* verò telam xylinam mulierculis adhuc familiarem, quam vulgo *bombasinam pignolatam* appellant: & Tunicam lineam etiam nunc in vicinis Rhodigio pagis Xoccham vocari. Prisci seculi frugalitatem notat Galeacius Gattarus in Historia Patauina nondum edita, quando refert anno 1337. Marsilium & Vbertinum Carrarienses in horto suo tali habitu ex pignolato albo fuisse vestitos. Venetias etiam visum amicos non rarò solitus adire Poeta, Vrbem undequaque clarissimam grata Magnatibus præsentia decorabat. Patavii Domus eius fuisse perhibetur illa, cuius unam partem ponè Cathedralem Ecclesiam hodiè incolunt Boschetti Presbyteri Hieronymus & Dominicus eiusdem Ecclesiæ cultui mancipati, honesti cumprimis & conspicui patriæ nostræ viri: aliam alii eiusdem Templi Sacerdotes. Lustravimus illam cum Cl. Viro Hieronymo Gualdo omnis antiquitatis acerrimo cultore attentis utique oculis diligenter, nec aliud mihi compertum est antiquitatem inibi referre præter Museolum, & Iconem Deiparæ Virginis non incelebri manu in muro pictam. Poetæ quoque Effigies pariter conspiciebatur ibidem, quam ob artificii præstantiam muro exsectam bonæ memorię Ampliss. Vir Io. Bapt. Silvat. Eques & Iuris Canonici Professor in suas ædes transferendam cura-

vit, eamque non minori cura inibi conservat frater Benedictus Eques, raro exemplo Practicæ Medicinę in Gymnasio Patrio Professor Primarius. In quam sic Ioa. Rhodius noster amicissimus eleganter lusit:

Transtulit in patrias vatem SILVATICVS ædes;
Tutus ubi durat splendidiore loco.
Inter Apollineos heic agmen ducit alumnos.
Par etenim domino vix fuit ante domus.

Cęterùm ętate jam gravis Poeta, Arquadę pręcipuè sibi commorandum duxit, sedem illam ratus Musis & contemplationibus cęlestibus, inter Laureta & Oliveta procul ab omni ambitu, pre ceteris opportunam. Ex quo vico fratri suo Gerhardo Carthusiano post quatuor annorum silentium Epistola VI. Lib. XIV. Senil. statum suum, imbecillem vitę conditionem, & habitationem hanc ruralem minutissimè perscripsit. *Status meus cuius noscendi auidum te scio, tam varius, tamque incertus est, ut vix eum verbis assequi posse queam. Expediam quo datur. Hoc integro triennio, æger fui, seu est ætas, seu peccatum meum, seu quod sat credere utrumque.* Et paulo post: *De me quidem & de mea vita, sepe per hos annos à medicis, quibus nihil credo, & ab amicis, quibus omnia, desperatum est.* Paucisque interiectis innuens sui nominis famam. *Licet indignus in magna hominum opinione ac favore sum, non populorum modò, sed Principum, ut similiter regis regum Iesu Christi. Me, ut Imperatorem sileam, Regesque alios, & qui nunc est Pontifex petit, & qui nuper fuit, usque ad obitum expectavit, ad quem mitissimis literis plusquam semel evocatus lætè ibam & maximè, quod ad locum Sanctum ac venerabilem vocabar, sed infirmitas morti similis, quæ iam tunc me latenter invaserat, gressus meos quidem calle detinuit.* Paucisque interiectis, Arquadam solitudinem describit. *Itaque ne longè nimis abirem ab Ecclesia Euganeis istis in Collibus non amplius, quam decem millibus passuum, Patavina Vrbe distantibus, domum parvam, sed delectabilem & honestam struxi, cumque oliveta & aliquot vineas, abundè quidem non magnæ modestæque familiæ suffecturas hic quamquam æger corpore,*

tran-

tranquillus animo frater dego sine tumultibus, sine erroribus, sine curis, legens semper & scribens, & Deum laudans, Deoque gratias & de bonis agens & de malis meis, quæ non supplicia nisi fallor, sed exercitia mea sunt assidue; præterea Christum orans bonum vitæ exitum & misericordiam ac veniam, quin & oblivionem iuvenilium delictorum. unde nil suavius in labiis meis sonat, quam Davidicum illud, Delicta iuventutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Hanc dum ibi trahit vitam pauperum inopię consulebat alacriter & liberali manu, nec ullus eo in pago decumbebat ęger, cui non pietate summa impensis propriis alimenta suggereret, orphanorum & puellarum inprimis misertus. Cumque ingravescente ętate jam febri aliquandiu vexaretur, morbo sibi sontico ne inopinato fato intestatus abriperetur de suis rebus maturè deliberato animo Anno 1370. pridie nonas April. disposuit. Qua pietate, hactenus innotuit. Qua prudentia testem esse voluit Franc. de Brosano, filium quond. D. Amicoli de Brosanô civem Mediolani portę Verzelinę, quem ex asse hęredem scripsit. Principi quoque gratum animi argumentum hisce verbis reliquit: *Magnifico Francisco de Carraria Domino meo Paduano, quia ipse per Dei gratiam non eget, & ego nihil habeo dignum se, dtmitto tabulam meam, sive Iconem B. Virginis Mariæ operis Octii Pictoris egregij. Quæ mihi ab amico meo Michaele Navis de Florentiæ missa est, cuius pulchritudinem ignorantes non intelligunt, magistri autem artis stupent. Hanc Iconem ipsi Magnifico Domino lego, ut ipsa Virgo benedicta sit sibi propitia apud filium suum Iesum Christum.* Nec amicorum immemor sua singulis ita legavit: *De Equis meis, si quos habuero in tempore transitus mei, qui placeant Bonzonello de Vigoncia & Lombardo à Serico concivibus Patavinis, volo quod inter eos sortiantur quis primum eligat, qui secundum.* Et paulo inferius. *Item lego eidem Lombardo scyphum meum paruum rotundum argenteum & inauratum, cum quo bibat aquam, quam libenter bibit, multò libentius quam vinum.* Eundem hęredem ex asse suum instituerat, si quidem Franciscus de Brosano priùs obiisset. Pergit: *D. Ioan. de Certaldo seu Boccacio verecunde admodum tanto viro*

tam

tam modicum lego quinquaginta florenos auri de Florentia pro una veste hiemali ad studium, lucubrationesque nocturnas: prædicti autem mei amici de parvitate huiusmodi legatorum non me accusent, sed fortunam, si quid est fortuna. Propter hunc respectum distuli ad ultimum, quem primum esse decuit Magistrum Ioannem de Horologio physicum, cui lego quinquaginta ducatos auri pro emendo sibi unum paruum annulum digito gestandum in memoriam mei. At verò labilis admodum & incerta rerum humanarum memoria ob vitæ fragilitatem. Solo titulo & PETRARCHAE meritis nota hæc posteris nomina uni Bonzonello ea adhuc superest gloria, quod antiquatum fermè temporum vetustate familiæ decus in Barisoniis sederit, quos inter longa serie literis & armis claros in primis floret hodie summi judicii ac ingenii Vir D. Albertinus Abbas, Canonicus, & Pandectarum publicus Professor, quem felici passu in hac virtutis via sequuntur fratres Antonius & Io. Franciscus Iuris peritia magnoque rerum usu laudatissimi. Rebus suis ita in tranquillum reductis cũ jam LXX. attigisset annum Petrarcha Anno reparatæ Salutis 1374. Die XVIII. Iulii sacri morbi (non ut voluit Brivius & alii Apoplexiæ vitæ præter inducias nimium perniciosæ) insultu sæpius familiari correptus solito vehementius, in sinu doctissimi Viri Francisci à Serico beatam Creatori reddidit animam; quam clementer receptam & cęlo donatam piè credimus. Ingemuere protinus ad tanti hospitis abitum Arquadæ Colles, accolæq; ipsi doloris acerbitate perculsi ad domum illius advolant agminatim, sequuntur penè cum pueris ululantes matres, & effusis ubertim lacrymis omnia complent. Ad eos gemitus legentes in pratis flosculos puellæ trepidare primò, mox eodem accurrere, & in patris extincti sinum, & feretrũ, florum & lachrimarum imbres effundere, coronasque certatim nectere capiti, quod antea fuerant veneratæ. Confluunt mox illuc ex proximis Montissilicis, & Atestes oppidis viri undequaque clarissimi, ut tanti Vatis funus ducant, & osculis extremis excipiant eruditam frontem. Perculit ea fama Patavi-

tavinam urbem, visaque tum sibi collabi est tanto ex funere protinus, & jacere. Cives ilicet exteri quique exanimes unà cum Francisco Carrariensi Principe, ut in publico fieri justitio solet, atrati incedunt, lugentque sibi raptum carissimum caput. Vidisses męrore contabescere omnia, crebrisque suspiriis & inauditis anteà fletibus omnia personare. Solabatur id unum omnes, ita vixisse Petrarcham, ut hinc abeuntem constaret adiisse meliorem vitam: sibique satis illam ac supervixisse. Ecquis enim post septuagesimum vitæ mortalis annum, post adeptam Laureã, post honores amplissimos virtute partos, post gratiam & amorem Principum, meritis & integritate collectum, huius frui lucis usura diutius velit, aut eam vitam ducere, quæ voluptates, quæ ingenii vim, quæ sensus omnes, imminuat, vel retundat. Vitæ sane Petrarchæ cursus adeo glorioso fine conclusus, tanta omnium benevolentiæ significatio, totius Civitatis Patavinæ in eo celebrando deflendoque consensio, pompa denique funeris omnium penè ordinum amplissima; & assensus laudum illius, ac favor, nõ imminuere solum luctum, quamvis acerbum eius ex morte profectum, sed planè brevi tollere debuisset. Simul ac enim decreta funeri dies affulsit, Franciscus Carrariensis unà cum Militibus, & Equitibus Patavinis accessit Arquadæ collem. Sequuti sunt Principem urbis eiusdem Episcopus unà cum Canonicis, & ordines universi Cleri, Montemsilicem versus delati cymbis per flumen, subsequutis quoque Doctoribus ac Populo propemodum universo. Inde magna cereorum pompa Francisci corpus amictu rubeo, quo tum uti solebant Canonici Patavini, decenter ornatum ab æde illa Musarum ad Ecclesiam Vici, quam Parochialem vocant delatum est, pone subeuntibus Viris, & Principibus antè laudatis. Attollebatur ibi feretrum panno holoserico aureo, & armelinis stratum, cuius ad sublimiorem partem deducebant gradus accensis utrinque funalibus clari. Fulgebat & illius tegmen, planeque videbatur cœlum, stellis aptum ardentibus, æmulari. Ea in

parte

parte cadaver situm; Ecclesia verò reliqua generis omnis carminibus, & Elogiis luculenter testantibus defuncti merita, & virtutes: laudes quoque Deo pro illius æterna quiete ab omni clero religiosissimè persolutæ. Habuit & Orationem de more funebrem Frater Bonaventura de Peraga tum Ordinis Eremitarum, postmodum ob virtutum præstantiam S. R. Ecclesiæ Cardinalis. Pompæ testis oculatus mihi in primis est Gattarus in suo Chronico eius seculi idiomate, quod apud me manuscriptum.

Nell' Anno 1374. *il Martedì* 18. *Luglio piacque à Dio di chiamare à se il Reu. ed Eccellente corpo di M. Francesco Petrarca Laureato Poeta, & il suo corpo fo messo in Villa in vn'arca su la montagna del terreno di Padoua. doue fo à honorare la sepultura del detto corpo M. Francesco da Carrara Prencipe di Padoua con Arciuescoui, Vescoui, Abbati, Priori, Monachi, & con tutta la Chieresia di Padoua, & Padouano, Caualieri, Dottori, e Scolari, quali tutti andorno alla Chiesa di Arquà, e fera vna sbarra di panno d'oro foderata d'armelini da* 16 *Dottori leuata con un real sermone lodato*. Rem prolixius narrat Chronologiæ Patavinæ nondum editæ sub nomine Henrici Calderi Auctor Cap. 92. lib. 6. quamquam in supputatione temporis non leviter lapsus. Cuius hæc verba. *Anno* 1369. *Franciscus cognomento Petrarcha, Poeta celeberrimus, Ecclesiæ Cathedralis Paduæ Canonicus, in pago Arquato, haud tanti Viri fama in obscuro, non sine omnium grauissimo dolore ex hac vita xv. Kal. Augusti felix in cælum migrauit, cuius funus satis uti par erat amplum Viri Clarissimi Franciscus Carrariensis, qui tunc temporis Patauio imperabat, Episcopus quoque, Abbates complures Cœnobiorum totius Vrbis, ac Diœcesis Antistites, Gymnasii Patauini publici Doctores, ac Vniuersitatis Scholares, cohonestandum religiosissimè curarunt. Cuius cadauer feretro panno ex auro strato, ac umbella itidem aurea, pellibus ex armellinis contexta superimpositum cùm bis octo Viri Excellentissimi humeris usque ad sacram Arquati ædem publicè detulissent, ibi Frater Bonauentura Peraghinus, qui postea fuit Cardinalis, eius laudes, ac vitæ integritatem funebri oratione illustrauit*.

Tumu-


Frigida Francisci Lapis hic tegit ossa Petrarcæ
Suscipe Virgo Parens animam: sate Virgine parce
Fessaquè iam terris cæli requiescat in arce.
Anno Domini M.CCC.LXX IIII XVIII
KF.
Viro insigni F. P. laureato franciscolus de Brossano Mediolan

Tumulatus est in memorata Parochiali Ecclesia Arquadi honesto in loco, ibi scilicet, ubi ipse, dum viueret, sacellum in honorem Deiparæ Virginis erecturus erat, ut hæc indicant in illius testamenti tabulis exarata. *Si Arquadæ, ubi ruralis habitatio mea est, diem clausero: & Deus tantum mihi concesserit, quòd valde cupio, Capellam ibi exiguam ad honorem Beatiss. Virginis extruere, illic sepeliri eligo. Alioquin inferius in aliquo loco honesto iuxtà Ecclesiam plebis.* Posthæc Franciscolus de Brossano, sive de Borsano, quem ex Testamento conceptis verbis, *Omnium bonorum mobilium & immobilium, ubicumque sunt, vel erunt, unum solum hæredem* instituerat, Sepulchro illi marmoreo extructo in ipsomet eiusdem Ecclesiæ conspectu supra quatuor columnas cadaver eiusdem, solenni amicorum obsequio, & Sacerdotum cantu, iteratis exsequiis inclusit, Epitaphio hoc adiecto, quod ipse sibi Petrarcha viuus scripserat.

Frigida Francisci lapis hic tegit ossa Petrarce.
Suscipe Virgo parens animam, sate Virgine parce,
Fessaque iam terris cæli requiescat in arce.
M. CCC. LXXIV. XVIII. Iulij.

Loculi verò, quem hìc spectandum damus, basim hæc ambiũt. VIRO INSIGNI FRANCISCO PETRARCAE LAVREATO *Franciscolus de Brosano Mediolanensis gener individua conversatione, amore, propinquitate, & successione, memoria.* Subiecta huic postea in inferiori parte basis hæc Inscriptio, *Io. Baptista Rota Patavinus, amore, benevolentia, obseruantiaque deuinctiss. ac tant. celeber. Vatis Virtutum admirator ad Posteros H. M. B. M. P. C.* Posteris demum probaturus, quo Poetam prosequebatur cultu Paulus Valdezucus Patauinus ædium olim Petrarchæ Dominus, viuum eiusdem vultum ex ære ductum huic ipsi sepulchro superposuit, adiecta tabella hisce literarum notis.

Fr. Petrarchæ Paulus Valdezuchus
Poematum eius admirator, ædium, agrique possessor,
hanc effigiem pos. Anno M. D. LXVII. Idibus Septembris
Manfredino Comite Vicario.

De


De tanti viri obitu, funere, & ſepulchro præter Gattarum in ſuo Chronico, & alios Auctor etiam Anonymus Chronologiæ ultimæ, adiectæ chronico Rolandini, hæc leguntur. *Franciſcus Petrarcha Poeta coronatus laurea corona in Capitolio Romæ per Magnificum Comitem de Anguillaria, deceſſit Anno Domini M.CCC.LXXIV. die XIIX. Iulij ætatis ſuæ LXX. Et oſſa eius clauduntur marmoreo ſaxo & in caſtro Arquadæ quieſcunt in Euganeis montibus.* In eandem planè ſententiam, quæ ſequuntur ſcripſit Vincentius etiam in Hiſtoriali Speculo. *Tandem in agro Patavino Arquadæ rure montano (Petrarcha) ſedem fixit, ubi meditando & ſcribendo tempus contriuit. Poſtremo labore confectus Anno Domini M. CCC LXXVII. apoplecticus ſanctam Chriſto reddidit animam. Corpus ibidem in ſepulchro marmoreo quatuor columnis ſuſtentato ſepultum fuit. Vixit autem LXX. annis una minus die. Vir omnibus ſeculis admirandus, à quo eloquentiæ ſtudia excitata ſunt.* Nec in re manifeſta plura addo. Nullus enim paulo humanior, aut curioſior, qui non ſacrum Vatis nomini locum viſitet, atque in primis exteri. Petrum Lotichium Poetam Germanum accepimus, cum Patauii literarum ſtudio moraretur, crebro Petrarchæ cineres ſalutaſſe, & ſub veſperam ad Laureta conceſſiſſe.

MONVMENTA PETRARCHAE VIVO DEFVNCTO POSITA; ELOGIA EIDEM A VIRIS CLARIS CONCINNATA.

Cap. XXIV.



Ec ſatis erat cineribus quæſiuiſſe immortalitatem Monumento. In hoc officium contenderunt omnes virtutis admiratores, quorum bona pars viuam Petrarchæ Effigiem peritiori penicillo exprimi curauit, non ſolum in tabulis ad Cœnaculi, aut Bibliothecæ ornatum, ſed & in parietibus ad ædium ſplendorem. Qualem ob inſigne artificium una cum muro ex ædibus Presbyterorũ Cathedralibus olim à Poeta noſtro habitatis in ſuum Muſeum tranſtulit Io. Baptiſta Siluaticus Vir Conſultiſſimus Iuris Canonici publicus Profeſſor, ductus fortaſſis egregio Leonardi Aretini exemplo, qui *Cap. III. pag. 8. de Viris illuſtribus Italiæ*, frequenti Imaginis Petrarchæ inſpectione in literarum amorem ſe raptum fatetur. Sed, quod non niſi Imperatorum, & Conſulum olim, labentibuſque ſeculis Heroum ac Principum erat, Numiſmate etiam ſpeciem tanti Viri perpetuare placuit maioribus noſtris ſine exemplo, quod in diuerſis imitata fuit poſteritas. Huius Typum hic exhibeo. Ipſius vero Numiſmatis ænei delineationem ex archetypo acceptam ferimus humanitati ſpectatiſſimorum virorum, Ioannis Reinſt, & Abrahami Heiermans, qui pridem exotica omnia cum ſtatuis eximii pretii ab Illuſtriſſimo Andrea Vendrameno relictis, pararunt Venetiis. Eius quidem inſcriptione Petrarcha perhibetur Florentinus. Sed Aretii natum diximus cum meliori Scriptorum parte, nec de eo ullus rerum noſtratium peritior dubitauit. Florentinum tamen non inficiamur parentibus



L bus

bus & civitate potius, quam loco natali. Verum neque insolens admodum de Summorum Virorum patria dubitatum fuisse omni seculo. ut mittam alios, Homero vetustas variam pro suæ ambitionis æstu affinxit patriam, quem tamen in Chio insula natum censet potior eruditorum pars, cui libens subscribo. Ac licet nusquiam intellexerim ei statuam fuisse erectam, Iconem tamen eius æneam in monumenti fastigio videre est. Quæ etsi ad nominis perpetuitatem fuerint maxima: eius tamen virtus, quæ sola durat & æterna habetur, eam peperit in eruditorum animis opinionem, ut pro suo ingenio, pro suo affectu, quamvis numquam satis ex merito, ipsum optimus quisque prolixis Elogiis honestarit, ipsius nomine omnis penè cultioris Italiæ & Galliæ angulus splendeat. Inter primas Inscriptiones ipsius meritis erectas prima jure est, quæ in Aula Gigantea apud Præfecti atrium Patavii legitur sub effigie Petrarchæ penicillo ficta. quam composuisse fertur Ioannes Cauacius ciuis Patauinus:

FRANCISCVS PETRARCHA Florentinus natus est Anno Natiuitatis Christi Iesu Saluatoris nostri M. CCC. IV. prima Augusti. Mater infantem primo anno in locum Ancisæ supra Florentiam duxit, ibique usque ad octauum educauit. puer intelligens se honesta & antiqua familia ortum patri suasit ut Italia discederet. Itaque Pisis per biennium mansit, inde in Galliam Transalpinam migravit in Auinioni . . supra Rhodanum commoratus, propterea quod tunc ibi sedes esset Apostolica, sicque in Gallia Grammaticæ, & Rhetoricæ operam dedit, deinde Iuri Ciuili, postea propter Gymnasii famam se Bononiam contulit, studens per tres annos, dum vero, ut parentes viseret, in Galliam rediisset, in die Veneris Sancti, qui tunc fortè erat sexto Aprilis, vidit, & verissime amare cæpit Lauretam puellam in Templo D. Claræ in Auinione, quam Lauram decantauit. Columnenses Patricii Romani eum charissimum habuere. Tum etiam Galeacius Vicecomes Mediolani, & Iacobus de Carraria Patauii Dominus, qui eum ad Canonicatum Paduæ promouit. Amauit unicè Lombardum à Serico Patauinum. Fuit magnæ staturæ, domesticis rebus contentus, in iram pronus, sed iniuria-

rum

rum immemor, perspicax, & omnibus studiis aptissimus, formosa facie, & viuidi coloris, grandior ætate sacris literis maximè intentus, in Arquado agri Patauini domum percommodam construxit, ubi triumphos rhythmico carmine & vernacula lingua composuit . . . . . . Vir & qui latinè varia, & versu & soluta oratione edidit, & tandem vitam obijt & sepultus est, eiusque sepulchrum extat.

Extra Vrbem saxo parieti Aedis exteriùs Arquadæ inserto hæc leguntur.

DANTI ALDIGERIO FRANCISCO PETRARCHAE & IOANNI BOCCACIO *Viris ingenio eloquentiaque Clariss. Italicæ linguæ parentibus, ut quorum corpora mors & fortuna seiūxerat nomina saltem simul collecta permanerent, Ioannes Breuius Canonicus Cenetensis huius Basilicæ Rector in sui erga eos amoris obseruantiaque testimonium posuit. M D XXVI.* Quæ vero olim intra Basilicam videbatur Inscriptio hodie non extat, ideoq; eo libentius è Scardeonio & Scraderi Monu. Ital. huc transtulimus.

Francisco Petrarchæ Archidiacono Parmensi, Canonico Patauino, vitæ, moribus, doctrina & eloquio ita claro, quod exemplum desit. Is primum omnium Latinam linguam à barbaricæ prauitatis mendis inculcatam restituit, ac undiq; ue laceram exornauit. Quantum autem in Italico nostro idiomate valuerit, Rythmi ob Lauræ amorem compositi satis testantur, ut ob eos alter nemo unquam nisi ipse solus (pace omnium dixerim) quod non modo primus, verum etiam ultimus meritò ab eruditis omni ætate semper habendus sit. Idcirco ob eximias suas tam animi, quam corporis dotes, primæ aliarum totius orbis ciuitates Roma scilicet, & Parisij, uno eodemque die inuicem certantes (quod mirum est) ad perficiendam Lauream Poeticam nuncijs, ac literis eum euocarunt. Quo facto Anno Domini M. CCC. XLI. Idibus April. in Resurrectionis festo, amicorum consilio solemniter Romano in Capitolio maxima tam Romanorum quam aduenarum Procerum & aliorum astantium frequentia, ab Vrso Anguillariæ comite, Romanoq; Senatore Laurea corona insignitus est. Quapropter Regum, & Principum fauoribus & nobilium amicitiis usque ad inuidiam fortunatus extitit, & ita cum quibusdam fuit, ut ipsi quodammodo cum illo essent. Postremo ut finis erat, eius anima

terrena exuta spolia (uti credendum est) cælum petijt. An. M. CCC. LXXIV. Die XVIII. Iulij. Cum iam grato in carcere LXX. Annorum spatio una minus die absque tædio permansisset.

Idem fatum passa inibi Tabella Petrarchæ Manibus à Paulo Pansa suspensa, cuius eruditam Musam ab æui iniuria vindicare æquum fuit.

Cornua cui musco, & torta circumdatus herba
Innixusque urna guttis madentibus Arnus
Non solum aßurgit, sed quem diuine Petrarcha,
Et Tiberis rerum dominus miratur, & Indus,
Et Tagus, atque Ister, sitienti, & Bagrada ripa,
Pansa ego visendi studio, qua conderis urna,
Huc veni, linquens ultrò patriamque laresque.
En supplex voco te ad cineres, omnesque per aras
Thure litans tumulum amplector, manesque liquenti
Expio aqua, spargens violas, florumque maniplos.
Huc adsis, nec te pigeat venisse, per agros
Seu iuuat Elysios spatiari, & texere serta
Heroum manui immixtum, vatumque choreis:
Atria stellantis seu tu radiantia Olympi
Metiris diuum ex aditis penetralia captans.
Ah quantum umbrosæ Valles, collesque supini
Inuideo vobis, quibus est data cura sepulchri.
O vos felices nimium, nimiumque beati,
Aequora, felices riui, felicia prata,
Felices Bacchi Vites, oleæque Mineruæ:
Sed mage felices rami Daphneidos umbræ.
Fortunate lacus, fortunatissima tempe.
Euge Poeta veni, vultusque attolle serenos.
Illustres animas tecum longo ordine ducens.
Sis bonus, ò felixque mihi, numerosque doceto
Aonios, quibus extollis super æthera Lauram
Et notam Eois populis, & Gadibus. ò sic
Lilia, vernantesque rosæ, violaria, odores,

Aspirent, vere & foueant tua busta perenni.
O salue æternum, òque vale æternum optime Vates.

Nec satis erat Veneto claudi imperio æternam Viri famam, quam abundè loquuntur sparsa per Italiam saxa. Florentiæ in Apotheca Iudicum & Notariorum sub imagine Petrarchæ adhuc inspicitur hoc Epigramma.

Quod nulli natura dedit, Franciscus adeptus.
Carmina bella canit, siluas, & pascua clara,
Et mores, satyrasque prosa, nec amœnius alter.
Ergo digna virens ornauit tempora Laurus.

Eiusdem in Arce Ducis Vrbinatis quoque Imagini hæc adscripta:

FRANCISCO PETRARCHAE
ob acerrimum ingenium, suauissimæque
Ingenuitatis doctrinam, posteritatis
lætitia, lususque dicauere.
B. M.

Verum nec aliis tantę virtutis admiratione posteriores esse voluerunt Reuerendissimi Canonici Patauini, qui suasu Nobilissimorum Virorum Iosephi Gualdi Archipresbyteri, & Abbatis Francisci Leonis Comitis de Sanguineto Thesaurarii Anno 1634. in Choro Monumentum Petrarchæ erigendum decreuerunt.

Sed hæc publica. Speciatim non minori spiritu, quantumuis maiori auctoritate, calamum Poetæ laudibus commodarunt Viri omni literatura præclarissimi, quorum immensum numerum, præter eos qui antea in hoc opere sparsi, in paucos contrahere visum fuit. Inter eos patria arctissimaque necessitudinis iure primus Ioan. Boccacius carmen Dantis operibus comitatum, (quod in Codice Vaticano 3199.) inscribit *Francisco Petrarchæ Poetæ unico atque illustri*. Idque hoc encomio claudit.

Vale decus Vrbis & Orbis.

Franciscus de Fiano Romæ in Colle Viminali XXVII. Augusti Anno M. CCCC. VI. carmine Heroico, quod apud me est MS.

ad Antonium de Luſchis Vicentinum, ut ait ille, *Laurea, & immortalitate dignum*, ſub perſona Calliopes ſic de Petrarcha :

Nuper ad hanc Vrbem Latialis gloria linguæ
Vnica diuini venit poſt fata Petrarchæ
Luſchorum de ſtirpe ſatus.

Paulus Vergerius ſuo ſeculo Vir rarus in Vitis Carrarienſium, quæ calamo in meo Muſeo exaratæ, ita de Iacobo Principe: *Modicè literarum doctus extitit, verum doctiores magnopere dignabatur. Inter quos* FRANCISCVM *PETRARCHAM inſignem Poetam multo ſtudio ad ſe vocatum beneuolentia complexus, & honore fouit, & beneficijs auxit.* Franciſcus Zabarella Cardinalis conſilio 79. *Petrarcha diuinus Vates & Orator cuius vita noſtrum ſeculum illuſtrauit; opera vero futura cuncta ſecula decorabunt.* Quod ipſum Hiſtoricus noſter Eccleſiaſticus Ioan. Cauacius Lib. 4. Hiſt. Cœnob. D. Iuſtinæ verbis tantum mutatis repetiit. Omnium verò luculentiſſimè de Poeta Ioan. Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſt. FRANCISCVS PETRARCHA *natione Etruſcus, Vir in diuinis Scripturis eruditus, & in ſæcularibus literis omnium ſui temporis longè doctiſſimus, Philoſophus, Rhetor, & Poeta celeberrimus, qui literas humanitatis poſt longo ſilentio mortuas ut ita dixerim ab inferis reuocauit ad ſuperos, non minus ſancta conuerſatione, quam ſciẽtia clarus emicuit.* Simile huic Auentini Lib. VIII. Annalium Boiorum pag. 9. occurrit iudicium. Verba eius hæc ſunt: *In Italia Franciſcus Petrarcha & Ioannes Boccacius cultiorum literarum ſemina ſparſerunt.* Hinc merito Michaeli Poſciantio Libr. de Scriptor. Florent. audit *Muſarum & Mineruæ Sacerdos, & Vir denique tanto virtutum ſplendore clarus, & ad optima quæque ſtudia maximè idoneus:* Et Conſtantini Landi de Numis pag. 119. iudicio *Etruſcæ Poetices Princeps.* Nec veritus Iulius Cæſar Scaliger Hypercrit. cap. 1. fateri, *de integro rediuiuam Poeſin nouam ſub Petrarcha fouentiam inchoaſſe.* Apud Iacobum Aug. Thuanum Hiſtoriar. Lib. 2. prædicatur *Franciſcus Petrarcha vir optimus, & ſua ætate doctiſſimus.* Quin, ut eleganter magni iſtius Lipſii diſcipulus & ſucceſſor digniſſimus, varia omnis eruditionis notitia

Vir Cl. Erycius Puteanus, Historiographus Regius & in celeberrima Louaniensi Academia professor publicus in Lib. cui titulus, *Vnus & Omnes* pag. 106: *Post antiquos longo satis interuallo temporis, nullo doctrinæ, Franciscus Petrarcha diuina vir facundia, & renascentium è barbarie sæculorum cæleste quasi iubar. Italicæ liræ Princeps* sententia Lælii Bisciolæ Societatis Iesu Philologi eruditissimi Hor. success. T. 1. lib. 11. c. 1. Paucis, *Vir omnium sæculorum memoria dignissimus*, quemadmodum verè Laurentius Pignorius Epist. Symbolic. XIV. Stylum heic stringo, ne frustra sim recensendis Cl. Virorum Elogiis, quæ passim obvia in Poetę laudem, quem mirati sunt plurimi, culparunt pauci. Lectori autem grata varietate tædium ut demam, coronidis vice venustissimum hoc celeberrimi & Elegantissimi Poetæ Galli Philippi Portui ab Illustrissimo & Excellentissimo Viro D. CLAVDIO EXPELLIO Christianissimi Gallorum Regis Consiliario & Pręside Curię Granopolitanę pro eximia humanitate sua ad me nuper transmissum subtexo, quo sermonem finio.


Le labeur glorieux d'vn esprit admirabile
Triomphe heureusement de la posteritè,
Comme ce Florentin, qui a si bien chantè
Que les siecles d'apres n'ont trouuè son semblable.
La Beaute n'est ainsi: car elle est perissable.
Mais Laure auec ses vers vn trophee aplantè.
Qui fait que l'on reuere à iamais sa beautè,
Et qui rend son Laurier verdissant & durable.
Celle qui dans ses yeux tient mon contantement
La passant en beautè, luy cede seulement
En ce qu'vn moindre esprit la veut rendre immortelle:
Mais i'ay plus d'amitie, s'il fut mieux escriuant.
Car sa Laure mourut, & il resta viuant:
Si madame mouroit ie mourrois auec elle.

Verum nihil adeo magnum adeo solidum, quod fortunę, & inuidię insultus non experiatur, ut nec Furię compositis Diuini

Vatis exuuiis pepercerint, quin temerarias eis manus ingesserint.

DIVINI VATIS SEPVLCHRI VIOLATI HISTORIA.

Cap. XXV.



LTIMAM huic operi manum cum essem impositurus, en vox per Vrbem sparsa, effractũ noctu Diuini Poetæ Sepulchrum variè multorum perculsit animos, tantumque permouit facti indignitas, ac temeritatis exsecrabile facinus, ut communi ciuitatis nomine ad Arquadæ Vicarium ocyùs in facti veritatem literis inquisitum fuerit. Rem ita se habere ubi respondisset, Cl. Decurionum rogatione Vrbis Rectores supremo Ser. Reip. Venetæ Senatui factum exponunt. Nec mora, urgente negotium ciuitate in Petrarchæ memoriam maximè auida, Die 23. Iunii M. DC. XXX. Curiæ nomine Arquadam ablegatus Ioa. Durazzus Iudex ab Aquila cum Iulio Garone Notario, & Vrbis Patauinæ Decuriones D. Borromeus Borromęus & Exc. I. V. D. Ottonellus Discalcius illuc se conferunt. Vbi, pręsente Iudice, facto tumbæ indicio, sub operculo tessulam una parte ulnam cum triente longam, & versus finem eiusdem partis ulnam semis altam, eximi curarunt. Quà remotà Iudex in monumentum introspiciens cadauer adesse obseruauit, dumque tanti Viri cineres, ac ossa venerans una cum Præcl. Viris diligentissimè omnia perlustrat, parte dextrà ossa quædam turbata deprehendit, reliquis alterà parte planè intactis. Ceterùm cum dubia esset defectus certitudo, puer in monumentum immissus socià Apparitoris operà asserem depromit, in quo ossa omnia disposita erant, quibus supra Iodicem recognitis, os humeri cum scapula desiderari visum est; minorum ossium accuratam

tam rationem numerus obſcurauit. Quo facto, omnia ab apparitore in priſtinum locum repoſita fuere. Memoria dignum eſt, caput coma ſatis promiſſa pilis ſubtilibus, criſpis, ruſi coloris, elegantia viuentis, cucullo nigro veſtitum fuiſſe, Marcelli Donati in Dilucid. ad Iul. Capitolinum iudicio Poetis poſteriorum temporum familiari, & linteaminis portiunculæ aceruum candidæ pellis Epomidis, vulgo Zanfarda, fortè partem acceſſiſſe. Quibus peractis, teſſula à lapicida ſuo loco reſtituta, & plumbo ferruminata, D. Marci, & Magnificæ Communitatis Paduę ſigillis munitur. Interea occaſione Epiſtolæ cuiuſdam publicis typis Illuſtriſſ. & Eccell. Dominico Molino communi literatorum Patrono ſuppreſſo auctoris nomine inſcriptæ, titulo, CHARACTERISMI *Improbitatis e Dicaſterio Rhamuſiæ*, cùm Illuſtriſſimus & Excellentiſsimus Simon Contarenus Eques & D. Marci Procurator, tunc Excelſi Collegii Magnus Sapiens ſiue Præconſultor rem omnem in Conſilium retuliſſet iis momẽtis, quæ exigebat peculiare ipſi diuinę Poeſeos atque inprimis Petrarchæ ſtudium; Sereniſſ. Venetorum Senatus, cui ſolemnis ſemper fuit ac admirabilis Virtutum & Muſarum cultus, ac propenſus in eruditos Viros maximèq; in Poetam noſtrum affectus, ſequens Reſcriptum Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Rectoribus Patauium mittit.

NICOLAVS CONTARENVS *Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus, & Sapientibus Viris Vincentio Capello de ſuo mandato Poteſtati, & Petro Sagredo Capitaneo Paduæ fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum.*

Per vna ſtãpa di coſtì reſtiamo con grande ammiratione, e con vgual diſplicenza auiſati dell'eſecrabile arditezza di chi ſia andato ad aprir l'arca del famoſo Petrarcha, e con lo ſmembrare il ſuo corpo ne habbi tratta alcuna parte, contrauenendo empiamente alle leggi della pietà, e dell humanità iſteſſa, & per prezzo di denaro come può ſupporſi, vendendo quello, che non poteua hauer prezzo, e diſpenſando con baldanza ineſcuſabile ciò che ſenza licenza del Prencipe, che à ragione gode che ſiano nello ſtato ſuo, e vi ripoſinq l'oſſa di homo coſi inſigne, non poteua trouarſi, ne

ſi, ne

si, ne ardersi di separare per modo alcuno. Volemo però col Senato, che dobbiate formar diligentissimo processo soura il caso di questa temerità, e terminato che sia, mandarsi il contenuto di eßer sotto vostro giuramento per quelle risoluzioni, che stimaremo bene di fare in occasione reputata da noi di gran momento per tutti i rispetti. Datum in nostro Ducali Palatio Die XI. Septembris Indict. XII. MDCXXX.

Hisce perlectis Illustrissimi Rectores die xv. Septembris eiusdem anni factæ inquisitionis summam Venetias perscribunt. Qua intellecta, Senatus plenum exsecutionis jus pro facti magnitudine sequentibus literis concedit.

NICOLAVS CONTARENVS *Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus, & Sapientibus Viris Vincentio Capello de suo mandato Potestati, & Petro Sagredo Capitaneo Paduæ fidelibus dilectis salutem, & dilectionis affectum.*

Dalle vostre lettere intendessimo gli eccessi della grande arditezza di quelli, che furono à romper il sepulcro del Petrarcha, & à cauarne dell' ossa sua cō empia e scelerata temerità. Volemo però col Senato, che vsandò l'auttorità di esso possiate subito venir à ritentione, e proclama de Rei, e alla spidicion loro per modo che corresponda al delitto, dimostri à cotesta Citta il desiderio che hauemo delle sue giuste sodisfazioni, e testifichi la stima, che ben à ragione facemo della memoria e delle ceneri di huomo cosi celebre, e degno. Datum in nostro Ducali Palatio Die XII. Octobris MDCXXX.

Rectores itaque auctoritate Sereniss. Senatusconsulti cum de reis prehendendis laborassent, absentes formula sequenti citant.

Edictum in illos qui aperuerunt Petrarchæ Sepulchrum.

De mandato Excellentiss. Senatus, Illustriss. D.D. Vincentius Capellus Prætor, & Petrus Sagredus Præfectus pro Sereniss. Veneta Republica Paduæ, eiusque districtus Rectores, delegati Iudices, vi Rescripti Ducalis XII. Octobris traditi citant Thomam à Portu Romatino Annorum XXVII, proceræ staturæ, pilis puniceis, Baptistam Politum Arquadæ

Deca-

Decanum, Stephanum Fabrum, Zanetum Bonum, Franciſcum Gallum Perinum, Franciſcum Politum, & Hieronymum Lupũ, omnes Arquadæ incolas, ut intra octiduum proximum ſeſe Illuſtriſſ. D.D. Rectorum cuſtodiæ ſiſtant in ſui defenſionem, & excuſationem à proceſſu contra ipſos per Maleficiorum officium facto, & in Prætorij Archiuum auctoritate delegationis repoſito; quòd iunctim omnes dicti Thomæ ſuaſu, 27. Maij proximè elapſi noctu in cœmeterium concedentes, inquo ſepulcrum celeberrimi Poetæ Franciſci Petrarchæ templi Cathedralis Canonici Ann. 1634. oſſa reſeruans, audaci temeritate è marmore denſiſſimo exſtructum effregerint; Ipſe verò Thomas ex illo venerando corpore dextri brachij partem ſacrilegè, illicitè, ut credere par eſt, lucri cauſa ſubduxerit, id licentia inexcuſabili diſtrahens, quod ſine indulgentia Principis, (qui meritò gaudet in ſua ditione Viri adeò inſignis oſſa quieſcere) nullo modo tangi, aut ſeparari potuit. Quod ipſorum facinus reſpectiuè ſtudio, dolo, exſecrabili proteruia, impio in humanitatis iura delicto, alijſque modis indignis in proceſſu notatis, commiſſum. &c. ut in proceſſu.

Promulgato hoc Mandato quidam ſe Iudici ſiſtunt. Interea Ser. Senatus decreto Rectores denuo monentur altero reſcripto. Inſtituta itaque diligenti in reos inquiſitione, & cognita culpæ innocentia, nonnulli ſpectatores quippe imperiti, nullius facinoris Conſcii è carceribus dimittuntur, in reliquos hac ſententia animaduerſum. Hanc ex publico Tabulario Patauino in gratiam exterorum Latino ſermone ſubiicere viſum eſt.

Die II. Ianuarij MDCXXXII. Iudicium.

Quod ſupraſcripti Thomas Martinellus de portu Romatino, Baptiſta Pulitus Decanus, & Stephanus Faber perpetuò Patauio exulent, & ab omnibus ciuitatibus, terris, & locis Sereniſſimi Dominij terreſtribus, & maritimis, Nauilijs armatis, vel non armatis, & ab inclyta Vrbe Veneta, & Ducatu: & ſi quis neglecta proſcriptione inciderit in noſtram poteſtatem, Thomas per decennium integrum clauſo carcere contineatur;

unde

unde si aufugerit denuo exilio eodem mulctetur, & mille libris, si ipsi id æris; secus ex numis mulctæ consuetæ adscriptis Baptista, & Stephanus decennio vincti triremibus quisque mancipetur, & remigijs inepti biennium carcere claudantur, & postea subiiciantur proscriptioni, tunc primum institutæ cum pœna quilibet mille librarum, ut superius. Idemque quoties deliquerint violatione sepulchri insignis, & quouis alio excessu, ut in processu ex arbitrio, & in impensas. Io. Franciscus Gallus, Perinus Bianco, Franciscus Liecherus, & Hieronymus Lupus valente ipsorum defensione è carceribus dimittantur.

Vincentius Capellus Prætor, & Iudex delegatus.
Aloysius Vallaresius Præfectus, & Iudex delegatus.



FRANCISCI PETRARCHÆ
VITA

PAVLO VERGERIO.
ANONYMO.
IANOZZO MANETTO.
LEONARDO ARETINO.
LVDOVICO BECCATELLO.

AVCTORIBVS.

E Manuſcriptis nunc primum in lucem emiſſa

IACOBI PHILIPPI
TOMASINI

OPERA.

Acceſſit eiuſdem Epiſtola

De PETRARCHAE Orthographia.

PETRARCHÆ VITA PAVLO VERGERIO AVCTORE.

Ex Bibliotheca S. Ioannis in Viridario Patauij.



RANCISCVS Petrarcha Florentinus origine ex antiqua familia, honestisque parentibus fuit. quibus patria pulsis, ut est ea ciuitas factiosa, Aretii in exilio natus est Anno huius ætatis 1304. die Lunæ ad auroram Kalendis Augusti. Natura vir fuit animo verecũdo, ingenio sublimi, & ad omne bonum, & salubre studium apto; sed ad moralem Philosophiam, & ad Poeticam prono. Corpus iuueni non magnarum virium obtigit, sed dexteritatis eximiæ: forma illi elegans fuit, & maiestas ingenita: Statura mediocris, aut paulo superior; plena facies, rotundiora membra, & in senectute ad crassitudinem vergens: colore lucido, inter candidum, & subnigrum, viuacibus oculis, & visu perlongum tempus acerrimo, ita ut ad LX. annum minutissimas quasque literas sine adminiculo legeret. Sanissimum per omnem vitam corpus habuit, præterquam in extrema ætate, ubi à solito bonæ valetudinis tenore defecit. Is igitur Aretii, ut dictum est, natus, primum illum vitæ annum, sed non integrum ibidem egit, ubi eum in lucem natura protulerat. Sex sequentes annos Ancisę in rure paterno supra Florentiam XIV. millibus passuũ egit, reuocata ab exilio genitrice, octauũ Pisis. Nonum ac deinceps in Gallia Transalpina ad læuam Rhodani ripam in urbe, cui Auenio nomen est. Ibi pueritiam sub parentibus

rentibus egit, & primas literas aggressus in oppido Carpentoras, quod Auenioni ad Orientem proximum est quadriennio integro fuit. Inque his duabus urbibus, Grammaticam, Dialecticam, atque Rhetoricam, quantum in scholis à iunioribus solet, edidicit. Inde studio legum, non sponte addictus quadriennio in Monte Pessulano, triennio Bononiæ fuit, magnus futurus Iuris & Ciuilium causarum interpres, nisi proposito defuisset, à quo illum, & Musarum, & libertatis amor abstraxit. Hic dum Bononiæ moraretur (quam quidem historiam iucundè admodum senex recensebat) Pater audiens negligenter cum Iuris studium sequi, poetas colere, & in eo plurimum negotio delectari, indignabundus eo venit; quod ille præsentiens, alios legum libros recollegit, & excoluit, poeticos verò abscondit. Sed frustra id quidem nam præter quæsitos, & sub lectulo repertos, quosdam (ut erat iræ plenus) igne cremauit. Inter quos, cum & Virgilium huius quasi erroris ducem simili iniuria affecturus videretur, hic genibus flexis, lacrimis, precibusque, præmium tandem exorauit, ut ab indigna re manus abstineret, si quid esset peccati, a se, non ab immerito Vate, pœnas exigeret. Qui cernens se frustra contendere, nihilque profuturum, si contra naturæ vim niteretur, suo tandem arbitrio eum reddidit, & quæ mallet studia ut sequeretur indulsit. Ita secundum & vigesimum annum agens Auenionem rediit, ubi iam latè cognosci, & familiaritas sua à magnis viris expeti cępere. Et ante alios, à Columnensium generosa familia, quæ tunc Romanam curiam ad Rhodanum exulantem illustrabat, in amicitiam accitus est. Iacobo scilicet de Columna Lomberiensium tunc Episcopo, à quo in Vasconiam ductus, sub collibus Pireneis, æstatem propè cœlestē, ut ipse ait, & domini, & comitum iucunditate transegit; & fratre eius Ioanne de Columna Cardinali, in cuius domo rediens multos per annos, non quasi sub domino, sed sub patre, imo nec id quidem, sed cum fratre amantissimo, imo secum, & in domo sua propria fuit. Post hæc incessit ei desiderium,

derium, ut & Gallias, & Germaniam peragraret; in qua peregrinatione Parisios urbem famosam in primis, plurimasque ciuitates, & regna vidit. Inde reuersus Romam rediit, cuius videndæ desiderio ab infantia usque flagrauerat, magnificentiam eius, & omnem vetustatem, quæ superest, contemplatus. Insuper & a magnanimo illius familiæ genitore Stephano de Columna in multo & honore & amore habitus Auinionem iterum rediit, cuius tædio affectus, cum solitudinem, locumq; quietis exquireret, incidit in vallem perexiguam, sed solitariam atque amœnam, quę Clavsa dicitur, xv. millibus passuum ab Auinione distantem, ubi fontium omnium Rex Sorga oritur. Captus loci dulcedine, libellos suos, & seipsum illuc transtulit, multaque de literis facere aggressus est, tanta vi, ut quicquid ei librorum per omnem vitam excidit, ibi vel actum, vel cœptum, vel conceptum sit. In primis, cum ipsa locorum facies suggereret, Bucolicum carmen scripsit, & Vitæ solitariæ libros duos. Ibi etiam de Scipione Africano illo superiore poema, cui subiecti nomine Africæ nomen dedit, de quo in posterum dicetur, heroico carmine scribere aggressus est. Harum igitur rerum merito cum & auctoris & operum fama latè vagaretur, ad eum illis in locis moram trahentem (dictu mirabile) uno die, & ab Vrbe Romana Senatus, & de Parisiis Cancellarii studii literæ peruenerunt, certatim illæ Romam, illæ Parisios ad percipiendam Lauream poeticam auocantes. Quæ consilium Io. de Columna sequutus, Romanæ urbis auctoritatem omnibus præferendam statuit. Igitur dignum prius hominem quærens, cui ingenium suum excutiendum committeret, Neapolim venit, ad illum summũ Regem, & Philosophum Robertum, non minus literis, quam Regno clarum; qui audita aduentus sui causa mirum in modum exhilaratus est, insolitam admirans ingenii fiduciam, & forsitan cogitans honorem, quẽ peteret, sua gloria non vacare, quod eum solum iudicem idoneum è cunctis mortalibus elegisset. Ergo post innumeras verborum collationes, postque ostensam sibi Africam, hanc (in

multam enim iam personam euaserat) qua usque adeo delectatus est, ut eam sibi inscribi magno pro munere posceret. Super eo tandem, pro quo venerat, certum ei deputauit diem, & à meridie usque ad vesperas eum tenuit. Et quoniam crescente materia breue tempus apparuit, duobus diebus proximis idem fecit. Sicque triduo excussa viri peritia, die tertio eum dignum laurea iudicauit; quam sibi Neapoli offerebat, utque assentiretur diu multisque precibus institit. Sed vicit amor venerandam tanti regis instantiam; qui propositum eius inflexum videns, literas & nuntios ad Senatum Romanum ei dedit, quibus iudicium suum magno fauore professus est. Tanto igitur fretus, & fisus iudicio (sed in primis rerum suarum præclarè sibi conscius) cum summo gaudio Romanorum (qui tantæ & tam insolitæ solennitati interesse potuerunt) laureā poeticam adeptus est; de qua & carmine, & soluta oratione extant epistolæ suæ. Hic honor permulta iam sæcula desuetus, ut multum decoris, ita & plurimum ei quæsiuit inuidiæ. Cuius morsus impatiens neminem impunè maledicere sibi tulit; seque in omnes detractores stili acie acriter ultus est. Roma digressus Parmam venit, & cum dominis de Corrigia, qui tunc Ciuitatem illam gubernabant aliquantum temporis exegit. Hic primum suscepti memor honoris, solicitusque ne indigno collatus videretur, cum die quodam in montana conscendens forte trans Entiam amnem regionis in finibus siluam, quæ Plana dicitur, adiisset, subito loci specie percussus, ad intermissam Africam stilum vertit; sicque feruore animi, qui sopitus videbatur excitato, & die illo, & continuis post diebus aliquod scripsit, donec Parmam rediens, repostam ac tranquillam nactus domum, ardore maximo opus illud, non magno in tēpore ad exitum deduxit. Inde rursus ad fontem Sorgæ, & solitudinem transalpinam rediit. Sed intra breue tempus extincta Columnensium gloriosa, sed nimium caduca familia, in Italiam regressus est, cum iam quartum & trigesimum ætatis annum post terga relinqueret, diuque & Parmæ archidiaconus præerat,

rat, & Veronæ cum dominis de la Scala verſatus, & ubique carus habitus. Iacobi de Carraria iunioris famæ præconio beniuolentiam adeptus eſt, nuntiiſque & literis uſque trans alpes, dum ibi erat, & per Italiam ubicunque fuit, in ſuam ſollicitatus amicitiam, tandem decreuit ipſum adire, & videre quid ſibi hæc magni & ignoti viri tanta vellet inſtantia. Itaque Patauium veniens ab illo clariſſimæ memoriæ viro, non humanè tantum, ſed ſicut in cœlum felices animæ recipiuntur, acceptus eſt. Qui inter multa, ſciens eum Clericalem vitam à pueritia tenuiſſe, ut non ſibi ſolum, ſed & patriæ arctius aſtringeret, Canonicum eum fieri Paduæ fecit, & quamdiu vixit, quod breuiſſimum tempus fuit, penes ſe habuit (debet eo terris ſublato quæri) dolori ex locorum mutatione remedium allaturus rediit rurſus in Gallias. Quamobrem obiecta eſt ei ſæpe à maledicis inconſtantia, multumque diu, & clam, & palam hoc telo impetitus eſt. Quod cum cognoſceret, maledicta eorum ita refellebat, ut videretur ſibi & cæteris, qui ratione iudicaſſent, conſtantiſſimus, cum eius ſemper propoſiti fuiſſet, nec abſterreri ab eo ulla ratione poſſet, quin quietem ſectaretur, ſeque nunquam quieturũ, donec quietis locum inueniret. Inde in Italiam rediens, cum dominis Vicecomitibus, quos & amiciſſimos & liberaliſſimos in ſe ſenſit, aliquandiu fuit; poſtquam Venetias cum magnis honoribus accitus, cum quorumdam temerarias inſultationes, puerileſque de literis contentiones ferre non poſſet, ad modicum tempus inde diſceſſit; Sicque diuerſis in locis commoratus, & ſemper magno ut erat pretio exiſtimatus, tandem Patauii ſedem fixit, ubi à magnificentiſſimo viro Franciſco ſeniore, eius Iacobi filio, per paterna veſtigia, & honoratus, & dilectus. Arquadæ rure mõtano apoplecticus, quo morbo ſæpenumero laborauerat, defũctus, ſeque ibi humiliter ſepeliri cum mandaſſet, opera tamen Franciſcoli generi ſui, ingenti marmore oſſa clauſa ſunt, cum huius epitaphii inſcriptione, quod ſibimet viuens ediderat.

Frigida Franciſci lapis hic tegit oſſa Petrarcæ.

Suscipe virgo parens animam, sate virgine parce,
Fessaque iam terris cœli requiescat in arce.

Vixit autem LXX annis, una minus die, vir omnibus sæculis magnus, sed non nostro mirabilis. Qui potuit inter tot sordes vitiorum, tantamque ignorantiæ caliginem, in claram virtutis, & scientiæ lucem euadere. Cuius nunc de moribus, doctrinaque aliquid perstringamus. Si enim omnia persequi contenderimus, & dies, & facultas narrantes audientesque deficiet. Fuit itaq; in primis diuitiarum contemtor eximius, non quod diuitias (ut ipse de se ait) non optaret, quemadmodum cæteri, aut oblatas aufugeret; sed quod labores, curasque oderat opum inseparabiles comites. Tenui victu, & cibis vulgaribus vitam egit, conuiuia, comessationesque perosus, quod sint modestiæ, bonisque moribus inimicæ. Conuiuere autem modestè cum amicis, adeo iucundum arbitrabatur; ut eorum superuentu nil gratius haberet, nec unquam volens sine socio cibum sumserit. Et nihil ei magis, quam pompa displicuit, non solum quia mala, & humilitati contraria; sed quia difficilis, & quieti aduersa est. Auidissimus tamen & honoris, & gloriæ fuit; quæ res non facilè à magnis ingeniis separari potest: amore acerrimo, sed unico, & honesto in adolescentia laborauit. Cui & honestas amatæ mulieris, & nomen causam præbuit, quæ Laurea dicta est, tot carminibus celebrata, eo quod nihil magis Poetæ videretur, quam lauream amare. Laborassetque hoc amore ductus, nisi tepescentem iam ignem mors acerba, sed utilis extinxisset. Libidinum autem, etsi feruore ætatis, & complexionis vi ad id raperetur, mox tamen ad quadragesimum ætatis annum appropinquans (ut de se ipse scribit) cum adhuc & caloris satis esset & virium, memoriam omnem sic abiecit, quasi nunquam fœminam agnouisset, aut vir esse desiisset. Timidissimus erat tonitruorum, & fulgurum, similiumque tempestatum. Quamobrem sacras in id genus deprecationes edidit. Superbiæ nullus in hoc homine locus fuit. Ira sua fortasse sibi nocuit, aliis nunquam indignantissima. ete-

nim

nim fuit animi offenſarum obliuioſiſſimi, beneficiorum verò permemoris; amicitiarum appetentiſſimus honeſtarum, & fideliſſimus cultor fuit. Principum, ac regum familiaritatibus, & nobilium amicitiis, uſquę ad inuidiam, fortunatus extitit. & ita cum quibuſdam fuit, ut ipſi quodammodo cum illo eſſent. multorumque mortes luxit. Sed hoc eſt ſupplicium ſeneſcentium, ut ſuorum ſæpiſſime mortes fleant. Erat autem præter hoc miræ iucunditatis, comitatiſque ſingularis, ut nullus eſſe cum eo mœſtus poſſet, nullus, cum vel ſemel conueniſſet, poſſet non amare. Cibi parcus fuit, vini parcior; ſomni parciſſimus aqua plurima utebatur, & fructibus arborum: nec id ſine ratione. Arbitrabatur enim his antidotis caliditatem complexionis ſuæ contemperari poſſe. Quater in hebdomada ieiunium ei erat. Itemque ſextam feriam ſolo pane, & aqua frigida tranſigebat. & ſemper in media nocte ſurgebat, ut Deo laudem, & officium redderet. Inde, quod reliquum erat noctis, literis dabatur; quarum ſtudioſiſſimus ſemper fuit. Semper dormiebat veſtitus, omnibuſque familiaribus, & ſeruis ad cubiculum patebat acceſſus; quod nullius rei ſibi conſcius, ſua omnia palam omnibus eſſe vellet. Quod autem ad doctrinas attinet, multarum rerum prudens doctuſque fuit; imò verò nulla eſt ex doctrinis homine libero digna, in qua vel audiens, vel per ſe inhians, non magnopere profecerit. Sed morali Philoſophiæ, & Poeticæ, ad quas natura magis (ut dictum eſt) ingenium inclinabat, inprimis intendit. Verum Poeticam proceſſu temporis neglexit ſacris literis delectatus, in quibus ſenſit dulcedinem abditam, quam aliàs contempſerat, Poeticis literis non niſi ad ornatum reſeruatis. Incubuit unicè inter multa ad notitiam vetuſtatis, hiſtoricique legendis, & conſcribendis hiſtoriis plurimum operæ dedit. Sed offenſus illorum diſcordia, ſecutus eſt, in dubio, quo eum, vel veriſimilitudo rerum, vel ſcribentium vexit auctoritas. Eloquio fuit claro, ac potenti, ut ſtilus librorum indicat, atque (ut verè dixerim) unicus fuit, qui per tot ſæcula exulantem, & iam penè

incognitam dicendi facultatem in nostra tempora reuocaret. Summus vita, summus doctrina, & summus eloquio scripsit 18. librorum volumina, in primis

De Viris Illustribus.
De Remediis utriusque Fortunę.
De Vita Solitaria.
De Otio Religioso.
De secreto conflictu curarum suarum.
De sui, & multorum Ignorantia.
Librum sine nomine.
Epistolarum duo volumina.
Inuectiuam contra Gallum.
Inuectiuas contra Medicum.
Itinerarium, & librum rerum memorandarum.
Et hæc quidem soluta oratione.

Duos quoque ad maternam, siue vulgarem linguam compilauit, videlicet librũ Sonettorum, & librum Triumphorum, Metricè verò tria volumina, Bucolicam; Librum epistolarum ad Barbatum, & Africam. Sed & præter hæc omnia, Pœnitentiales Psalmos excudit, breue quidem, sed magnæ deuotionis opus. Hos ego libros in his versibus comprehendi, solos tamen principales attingens.

Illustres celebrare viros, medicamina utramque
Porrigere in sortem, tranquillæ munera vitæ
Dicere Franciscus potuit; tractauit anhelos
Ore potens triplici materno stamine amores.
Carmina pastorum sensus condentia miros
Cum caneret, magnum gracili inspirauit auenæ.
Africa conscripsit, fausto rem nomine dignam.
Multaque præterea vario depromsit ab ore,
Vltima sacratis studijs dans tempora vitæ.

Postremò nunc tandem ad Africam, & Librum istum venio, qui mihi videtur inter precipuos iure meritoque redigendus. Est enim (ut res ipsa indicat) refertus historia, documentis abun-

abundans, & plenus poeticæ fictionis. Magna est in eo volumine, & vetustatis, & naturæ cognitio: magna eloquentiæ vis; magna præcipiendi facultas: sed nescio quam ob causam malè de eo auctor suus senserit, indigneq; damnauerit in quadam Epistola, quam ad posteritatem de se, deque rebus suis scribit; ex qua hæc penè omnia ad literam transtuli, certus, nec verius dicere me posse, quam quod ille de se, nec melius, quàm quod ille dixisset. In ea siquidem ad marginem (nam dudum illius manum notissimam habeo) ita scribit. Rarò unquam pater aliquis tam mœstus filium unicum in rogum misit, quanto id fecerim dolore. & omnes labores meos eo in opere perditos acriter tecum voluas, vix ipse lachrymas contineas. Hoc autem (ut ita dixerimus) testamentum anno ante conscripsit, quam moriretur. quod quidē ut mihi videtur non facilè, quàm de Africa intelligi licet. factum enim iàm dicit, quod facere destinauerat. Cui rei argumentum est, quod in ultimis annis, ut fertur, quotiescunque Africæ mentio incidisset, totus conturbabatur, molestiamque mente conceptam foris facies indicabat. Est quidem, ut dictum est, iuuenem poema cæpisse, (& in breui tempore tanti fuit ingenii velocitas) iuuenem compleuisse. Quod si ad extremam perduxisset ætatem, quanto futurum fuerit excellentius, nemo ambigit. Sed tamen est tale, ut de eo gloriari iuuenis debeat, & pudere senem non possit. Constat autem esse versus aliquot dimidiatos, & imperfectos, ut est creberimè apud Maronem, aliquando & sententiam imperfectam. Sed hos defectus excusent, qui nihil pati possunt diminutum. Sunt & malè mensuratæ syllabæ, quæ tamen non prætererierunt auctorem. singulas enim notauit ad marginem, quas ut apud alios solemus (licentia quæ in tāto opere permittenda erat) excusabimus. Insuper si Secundi belli Punici summa spectetur, & gestarum rerum ordo, ad finē quarti libri plurimum ex historia omissum est. Taceo enim Scipionis ex Hispania transitum ad Siphacem, qui propterea, quod à plerisque inter temeraria numeretur, fortassis de industria pretermissus

est à Poeta. Sed præter hoc, nec traiectionem exercitus in Africam, nec castrorum Siphacis nocturnam exustionem tractat, aut ut postea Siphax, atque Hasdrubal aperta acie victi sunt. Neque ut inuidus rex tandem in suo regno, à Massinissa, & Lælio, & superatus, & captus sit. Sed hæc ratio eum inducere potuit, cum supremam pugnam, quæ inter summos duces, Scipionem, Hannibalemq; habita est, descripturus esset, quæ bello finem posuit, ne similitudine rerum lectoré offenderet, sciens, volensque hæc omnia prætermisit. In ultimo quoque libro, in quo plurimum sibimet loci fecit, somnium omisit, ut annotata subscriptio demonstrat. Sed hi si defectus dicendi sunt, cæterarum rerum splendore teguntur, & reliqui corporis pulchritudinem illustriorem reddunt. Diuiditur autem in 9 libros. Duorum primorum materiam ex 6. de Republica Ciceronis artificiosè ad se transtulit, & quidquid de inferiore ibi dictum est, hîc ad superiorem mira nouitate traduxit.

F.P. POETÆ CLARISS. VITA FELICITER INCIPIT. AVCTORIS Incerti Anno 1463.

Ex MS. V. C. Iacobi Gaffarelli.

FRanciſcus Petrarcha Florentinus fuit. exul namque patria natus eſt, cuius pater Petrus Petrarchon, Mater Leta appellati ſunt, familia veteri ambo & parentibus honeſtis nati. At verò factione partium, quibus ea ciuitas perſæpe laborat, vir ſimul ac uxor patria pulſi Aretium conceſſere, hunc ubi filium exul mater & peperit, & concepit. Natus eſt XIII. Kal. Sextilis ſub aurora. hic quotannis Sanctiſſ. Virginis Margaritæ feſtus eſt dies. Annus verò Natiuitatis Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti tũc 1304. erat. Cæſareos faſces Albertus Auſtrię Dux ac Princeps inter Alemannos potẽs habebat. Annorum ibi Petrarcha vitæ ſuæ primum non integrum egit. Infantulum mater deinde ad patriam reſtituta paternam in villam detulit. Loco nomen eſt Anciſas Florentino in agro ſupra ciuitatem ad XIIII. milia paſſuum. Puer ibi annum uſque ſeptimum enutritur. Annum verò octauum natus ducitur Piſas. Agens inde annum nonum Auinionem, ciuitas eſt Galliæ, translatus eſt. Ibi Pater, ut homines induſtrii præſertim Florentini ſolent (notarium ipſum fuiſſe aliqui, mercatorem quidam volunt) quæſtus gratia morabatur, quod ea in Vrbe ſederet Põtifex Maximus, & gentes illuc ob ſedem Apoſtolicam undiq; conuenirent. Hæc ciuitas nullius multitudinis capax erat: proinde iuſſis omnibus edicto publico quos haberet quiſque pueros, fœminas, & quæ gens incommoda videretur, proxima in oppida, & villas adducere, puer quoque Franciſcus Carpentoras, ſic oppidum Auinioni proximũ vocant, ductus eſt: quatuor ibi egit annos, ac libare literas primum cœpit; deniq; his duobus in locis Gramaticã & Rhetoricam didicit. Pubeſcens verò ad Montem Peſſulanum,

famu-

famosum est ob literarum studia oppidum Galliæ Transalpinæ, patris iussu, ut studeret legibus, profectus est: ius ibi ciuile quadriennium, inde missus Bononiam, quæ in Italia ciuitas legum est mater, triennium audiuit. Vtrobique doctorem legentem audiebat, sed studebat parum. Summa eius delectatio haudquaquam in legibus audiẽdis, sed in Cicerone, Virgilio, & Historiis cognoscendis erat. Hoc enim ad unum omni delectatione, studio, ingenio, ferebatur. Ius autem ciuile tractare uti rem insipidam, asperam, tędiosam abhorrebat prorsus. Neq; verò hæc ad studia eloquentiæ incitabatur parũ exhortatione amicorum, qui & scriptas ab eo Epistolas, & quæ dietim faceret, & metro & prosa ingenii experimenta viderent, quod ea laudarent summe, spemq; sibi amplissimam facerent futurum, si perseueraret, quod in dicendo, & superaret sui temporis omnes, & veteribus se indubie adæquaret. crescebat quidem in dies laudatio, & fama eius. Pater autem, qui hæc studia non gustaret, quæ audiret de filio, & laudarentur à cæteris, ea maxime displicebant. Ipsum enim ut Ciceronem, ut Virgiliũ, ut scriptores historiarum, ut Poetas denique omnes, quod essent, ut dicebat ipse, fabulosi, ac re nulla boni omnino se poneret: Iuri aut ciuili studeret, quod ampliss. inde & honorem & fructum haberet, & hortabatur, & cõmonebat sæpe. Sed cum preces valerent nihil, suo n. cursu natura non facilè dimouetur, Bononiam multa ira succensus venit. Tum filium ante omnia magnis contumeliis onerat, simulque, & ignem accendi, & quotquot filius & Ciceronis, & Poetarum libros haberet, ut igni comburerentur, omnes subitò apportari iubet. Neque verò vultu minus quam animo turbatus ac minax erat. Eam vocem quam libens Franciscus audiret, quam volens obediret, quia manu quos amaret, atq; in deliciis haberet, libros exhiberet, quibus oculis hinc libros inde flammã aspiceret, quid animi haberet, quid mẽte revolueret, tacitus consideraret secum quisque. Quippe hinc ne pareret patri stimulabat dolor, inde, ne tergiuersaretur, & pietas, & reuerentia suadebat. De-

nique

nique lacrimans patrem amplectitur, obstringit, exosculatur, eundemque supplex ac prouolutus ad genua precibusq; multiplicatis, ac piis exorat, obtestatur, adiurat; ne innoxios perditum eat libros, studium verò pollicetur. Deinde non Ciceroni, non Virgilio, non Historicis, non Poetis, sed posteaquam ita consulat, ita velit, ita iubeat pater, legibus se daturum. In eam rem data fide, ut parceretur Ciceroni, & Virgilio, placauit Patrem; atque deinde, quoad vixit pater, iuri Ciuili diligentius studuit. Sed breui pater vita defunctus est. Ipsum enim secundum ac vigesimum annum natus amisit. Tum quidem, nec mora, ut iuris est sui factus, & quæ oderat legum studia posuit, quos amabat poetas, atque in primis Virgilium, & Ciceronem sumpsit. Bononiam igitur profectus Auenionem rediit, nec difficile auditam eius ob virtutem, ac sæpe redditas multos ad amicos epistolas, ibi magnorum ad hominum cognitionem familiaritatemque peruenit. audientium quidem animos incitabat fama eius, ut quo maior esset in curia quisque, eò magis affectaret virum hunc amicum amatumque habere. Singulari autem beneuolentia carus Iacobo, & Ioanni fuit. Fratres isti Romana è nobilitate, atq; illustri è familia Columnensium reuerendi Prælati in Curia versabantur, & apud Pontificem Maximum cum nobilitate generis, tum dignitate prælaturæ, ac rerum notitia magni erant. Iacobus quidem episcopus, Ioannes verò Cardinalis erat. Apud hos tanta est præcipuè amicitia, tanta gratia tanta familiaritate versatus, ut eorum propè frater tertius esse videretur. Iacobum autem in Guasconiam proficiscentem secutus ęstatem propè cęlestem, ut refert ipse, Pyreneos ad montes multa & Iacobi & Comitum omnium iucunditate transegit. Regresso autem sibi animus persuasit, ut plura videret, & Galliam omnem Transalpinam, & Germaniam peragraret: pergens itaque ire Annoniam, Brabantiam, Flandriam, Germaniam, & quod ipsum summoperè delectauit, Parisios vidit. Neque verò qui Principes erant benignè ipsum excipere aspernati sunt. Expectationem aduen-

tus eius magnam ubique fama prænuncia faciebat. Honores quidem apud omnes, largitiones etiam apud multos amplè ac liberaliter habuit. Deinde Romam, vetustatis urbis eius contemplandæ causa, profectus est. Venientem ipsum Stephanus, qui è Columniensibus maior erat, amicè familiariterque excepit. Inde verò Auenionem regressus, sese ut & operam tandem rebus scribendis daret, & liberius ocio frueretur, vitam ad solitariam contulit. Vallis est ad quindecim millia passuum Auinioni vicina. Eam in colle Vallem Clausam appellant: locus quidem paruus, sed percommodus, ad quam desiderabat vitam solitariam, & amœnus in ea fons pulcherrimus fontium oritur. In ea cœli serenitas quædam, & iucundus aspectus. Sorgia fonti nomen est. Hanc igitur ad vallem se librosque suos, & quas secum haberet viuendi necessitas exigebat, sarcinas transtulit. Annos denique complures in ea commoratus est. Hic Bucolica, hic Solitaria de Vita scripsit. Hic Africam incœpit. Hic denique, ut tradit vir doctissimus Petrus Paulus Vergerius Iustinopolitanus, quicquid fere librorum omni ætate composuit aut perfecit, aut incœpit, aut scribere cogitauit. fama eius iam ubique sparsa, & magna erat. Istuc namque ad eum litteræ duobus disiunctissimis, ac illustribus è locis Roma, & Parisiis uno die, mirabile dictu, quasi de industria hæ duæ clarissimæ in terris urbes hoc isto de honore certarent, delatæ sunt. Quippe de Parisiis Gallici nominis principe, ac regia urbe, qui præerat studio Cancellarius: de Roma verò, qui erant Senatores scribunt utrinque hanc in sententiam exhortationes ac preces erant, ut quæ iure optimo deberetur ei, ac poetis dari soleret, eam apud se Lauream sumeret. Ipsam quidem Cancellarius, ut Parisiis, Senatores, ut Romæ sumeret, multis persuasionibus hortabantur. Dubius autem secum ipse, ad quos se flecteret, perdiu fuit. Tandem verò Columnensium consilio, & ratione usus, Vrbem Romam præponendam esse constituit. Non enim deerant, qui Parisios ob magnitudinem studii ac Regiam sedem eligendum esse consule-

rent.

rent. Erant utrinque quæ persuaderent rationes multæ. Sed Columnensium in sententiam duxit dignitas Vrbis. Quod imperio cum polleret, in ea Poetę donati laurea permulti essent. Duxit quoque auctoritas Roberti Regis, qui & Siciliæ regno floreret, & præter alia vitæ ornamenta, quæ multa essent, ac regia, id etiam assecutus esset, quod inter peritos bonarum artium, ac Philosophiæ ipse peritissimus haberetur. nec ista in re, quæ doctissimum ad hominem pertineret, iudex quisque dignior esse posset. Neque verò munus oblatum Rex suscepit inuitus, sed magni fecit, se cunctis è mortalibus unum, & visum, & electum tanti viri iudicio esse, qui tanta de re quæ sapiente ac illustri homine digna esset, & rarissimè eueniret, judex ipse peritus ac idoneus videretur. Ad eum igitur Neapolim (obseruabatur quidē Rex plurimū illa in ciuitate) Petrarcha venit: denique triduum apud eum perseuerauit examē. Ibi Poeta, quæ metro, quæ prosa scripserat, omnia edidit: ibi poetico de officio ac dignitate: ibi de Historia: ibi de omni eloquentia tanta copia, & grauitate disseruit, ut obstuperet Rex; seque tædere permultū, ac vehementer dolere fateretur, quod illa dum esset iunior non audisset. Fuisse namque affirmabat futurum, quod huic altæ ac diuinæ scientiæ, quam sequitur, rei huius nescius neglexisset, multum & ingenii & studii tribuisset. Omnia verò scripta laudauit sua. Sed Africam pręsertim cœptum magis quàm perfectum opus summopere admiratus est. nec parua animi gratia petiit, ut eam nomini suo inscriberet. Denique Petrarcham esse virum doctum, esse historicum, esse poetam, & poetam Laurea dignum, ac benemeritum iudicauit. Hoc publicè; priuatè autem persuadere sibi, ut Lauream Neapoli sumeret quammaximè conatus est. Ipsum verò cum flectere suo è proposito persuasio nulla posset, Romam ex ordine laureandum, uti solebat antiquitas, regiis cū litteris ac legatis ad Senatores misit. Vrsus Comes Anguillariæ, & Ioannes de filiis Vrsi erant. Regio itaque iudicio ac testimonio approbatus Poeta Romam venit. Tū

ipso

ipſo in Capitolio ſumma dudum Imperii Romani arce, & clariſſimo in loco magna cum celebritate, ac lętitia ciuitatis, grandique cõuentu nobilium, & peritorum, qui undique iſtam ad rem viſendam honorandamq; veniſſent, ac frequentiſſimo popolo Romano approbante, Petrarcha noſter id primum a more longa & pulcherrima oratione petens declaratur ante omnia eſſe Hiſtoricus, atque Poeta. Deinde corona laurea Poetica maiorum more ex ordine coronatur. Poſtremò ampliandum ad munus ciuitate donatus eſt. Conuenientia rebus verba fecit, atque Lauream capiti eius, qui erat ut dixi ſenator vrbis, Vrſus Anguillarię comes nomine, Regis nomine collegę, nomine ſuo, nomine Populi Romani, ac Senatus impoſuit. Fuit hoc natiuitatis ſuæ anno VII. & XXX. Idibus Aprilis, quo die Paſcha tum fortè Dei Eccleſia celebrabat. Multum ſibi res iſta, ut ſolent proſpera, honoris & gloriæ, inde odii, & inuidię, aliis aliud obiicientibus peperit. Laureatus verò, quę dixerit, quæ fecerit, apud quos fuerit, quas urbes adierit, quotiens ſuum ad fontem Sorgiæ ex Italia iuerit, quotiens ad Italiam ipſo è fonte redierit, etſi memorari ſua cum laude poſſent, tamen ſi referre ſenſim omnia ſtatuam, vereor ne multis longe plus tædii, quàm gratiæ ſim facturus. complura enim loca ſtudio cum videndi multa, tum gratę ſibi uſque inueniendę ſedis obiuit. Quippè itinera eius moreſque, ac libros paucis, & ſummatim expediam. Primum igitur, ut laurea ſumpta eſt, urbe profectus Parmã venit, & ciuitatis, eius Cathedralis Eccleſiæ archipræſbyter deſignatus eſt. Clericalem quidem à puero duxit vitam, Plana quoque in Valle, ut appellant vulgo quę Parmenſis fines a Regino deſcriminat, aliquamdiu manſit. Africæ ſummã hoc tempore, aliquando iſta in valle, interdum ipſa in ciuitate Parmæ moratus compoſuit. Tranſalpinam in Galliam inde Auinionem, ac Sorgiæ ad fontem; iterum Parmam, ex Gallia rediit. Veronam quoque ac Paduam venit. Canonicus verò Paduæ factus, ad quem amabat fontem Sorgię reuerſus eſt. Inde repetiit Parmam: tandem ſeneſcens Paduæ ſedem fixit. Vbique

hono-

honorate liberaliterque exceptus apud Primates, ac bene visus est. Apud Pontificem verò Maximum de magica ipsum, quis crederet? equidem non affirmarem, ni referret ipse, Poetę nomen suspectum fuit. longa enim vacatio, ac desuetudo adeò mentes hominum caligarat, quod essent multi potentes, magis tamen reor, quam docti viri, qui quos esse Poetas audirent, eos maleficos incantatores, magicos esse putarent. Neque verò Petrarcha id purgauit facilè. Re autem in lucem ducta ad id gratiæ, & beneuolentiæ venit: quod ei Papa suo motu, & magnos honores, atque Cardinalatum offerret. Sed Poeta otii potiùs, & libertatis, quam honorum, & dignitatis amator gratias Pontifici egit, oblatos autem honores accipere recusauit. Aretini verò tanti fecerunt ipsum apud eos natum esse, quod immortali pro memoria, ac ciuitatis ornamento statuerint domum in qua natus esset, Vicum appellãt hortum, & Petrarcæ domum perpetuò appellari, & quo erat in statu semper de publico conseruari. Nec Florentia ciuem spreuit suum. sibi enim id non repetẽti, neq; sperãti, & credenti ad patrias ædes fecit potestatem, & quæ fiscus habebat omnia patris bona, restituit. Cæterum in ipso venerabilis quidam aspectus, atque maiestas erat, quæ ipsum videntes induceret, ut qui etiam non cognoscerent solo tamen aspectu virum esse reuerendum illũ & sapientissimum iudicarent. Proceritas verò communi statura plusculum maior, vultus teres, ac pinguis; Vox suauis, & virilis, Sermo comis: & grauis, ac omni sorde penitùs vacuus. Conuersatio modesta, atque ita familiaris, & iucunda, ut mœstus ab eo nemo discederet. Oculi non deformes, sed viuaces, & magni. Visus adeò firmus, & acer, ut sexagenarius litteras etiam minutissimas legens nullo ocularium præsidio uteretur. Iuuenis virium non multarum fuit, sed viuax, & agilitatis tantę, ut omnes admirarentur. Corpus in senio pingue; sed omni ætate sanissimum habuit. Apoplexia modo vexabatur interdum; atq; ob eam rem, qui famuli erant, liberum quandocumque ad eum accessum habebant. Consilia medicorum

adeò

adeò pro nugis habuit, ac ſpreuit ſemper;ut numquam eorum remediis uteretur. Idem iuſſi, qui aderant omnes & amici,& famuli obſeruabant, ne languenti fieret quicquam, quod nullus medicus, quamuis egregius, ordinaret: naturam ſibi eſſe magiſtram, medicorum autem conſilia eſſe vana dicebat. Aditus verò ad eum cum benè valeret nulli difficilis, nulla in eo ſuperbia, nulla pompa, iraſcebatur interdum:ſed iram damno ſæpius ſuo, quàm alieno ponebat, beneficii obliuiſcebatur numquam. Amicitias, quanto poterat officio, obſeruabat. ob eſſe cuiquam fugiebat ut mortem. Quas intuliſſet ſibi quiſque iniurias modeſtè ferebat. Eas numquam vindicta, ſed patientia, & obliuione ſedabat. Diuitias ſupra vitæ neceſſitatem pro ſtatu ſuo, cum poſſet amplas habere, contemſit; famulitio modico uſus eſt, famulos habere multos quietis inimicum eſſe ducebat. Stans ſæpè cęnabat, edebat parcè, bibebat parcius, menſę apparatus nullus erat feſtus. Cibi vulgares, & quotidiani placebant:ſitim vino tenui,ſed aqua ſæpiùs extinguebat. Veſcebatur plurimum fructibus arborũ, ter ſibi in hebdomada ita jeiunium indicebat, ut bis communibus cibis, ſemel pane tantum, & aqua frigida uteretur, comeſſationes opulentas & ſplendidas, etiam inter amicos damnabat;conuiuari modeſtè laudabat, nec cibum, ſi potuit, ſine ſocio unquam ſumpſit. Gratulabatur ſummè,ſi ad menſam ſedenti amicorum quiſque ex inſperato veniſſet. Iuuenis haud multum in libidinem pronus fuit. Filiam habuit ex qua nepotes ac generum vidi. Fœminam verò propriis virtutibus, ut eius teſtimonio ac verbis utar, illuſtrem amauit ſummè; Laurea hæc nomine vocabatur. Nec conſentaneum erat, quiſquam magis quam lauream poeta tunc laureandus amaret. Sed illa mortem obiit preſto. Ipſe verò in annos veniens ſeſe dietim ita coercuit, ut caſtimoniã vitę cuſtodiſſe nemo diligentius videretur. Somni autem fuit parciſſimus: dormiebat ſæpenumero veſtitus, media ſemper exſurgebat nocte, tum ante omnia, ut clericum decet, attentè ac deuotè diuinum abſolueret officium, deinde ſuos ad libros

con-

conuersus aut scribebat aut legebat, quæ ordinatum ad studium pertinebant. Id quammaximè omni ætate vitauit, ne temporis quicquam amiteret. Quippe & viuendi rationem optimam,& ingenium quandocumque ad doctrinam placuisset animum inclinare accomodatissimum habuit. Scilicet Moralis Philosophiæ cognoscendæque vetustatis,& artis Poeticę multos ad annos studiosus fuit. Multa quidem legit, multa cognouit, omnia inuestigauit. Annosior verò factus, quæ omni ætate, quę multa diligentia, quæ magna delectatione tractauerat, studia poetica, ac omnis eloquentiæ posuit: vitæ autem deinde quicquid fuit, id totum sacris litteris meditandis diuinis, saluti animæ tribuit. Annos vixit septuaginta una minus die. Mortem verò, quo solebat interdum vexari, morbo tandem apoplectico obiit XIV. Kal. Sextilis, anno post natū Ihesum Christum 1374. Mortuus est, ac sepultus montana in villa Paduani agri. Arquadam in colle appellant ipsam. Euganei colles sunt. Vineam ibi ac domum in qua diuersaretur plurimum senex habebat. Epitaphium eius, quod sibi fecerat viuens, marmori hoc inscriptum legi.

Frigida Francisci lapis hic tegit ossa Petrarce.
Suscipe virgo parens animam sate virgine parce
Fessaque iam terris, cæli requiescat in arce.

Scripta sua quocumque in genere habentur ista. Carmine Bucolico sunt Eclogæ XII. Heroico metro libri IX Africa appellati: Comœdia una Ioanni Columnæ inscripta, ut eius curas facetiis, & iocis extingueret. Psalmi quoque sunt ab eo è Dauid vestigio facti. Epistolæ multæ versu, infinitæ soluta oratione, ad diuersos missę: Scriptarum metro libri ad Barbatum tres habentur; Prosaicarum verò liber. Hinc qui rerum familiarium appellantur 24. Item qui rerum similium inscribuntur 17 sunt. Soluta quoque oratione scriptum habetur itinerarius. Sic enim appellāt librum, quo ad Sanctam terram mari Ligustico nauigetur. Hunc ad Ioannem Mandellum fecit. Inuectiuas præterea in pertinacem Medicum: Quarto in Gallum ebriosum unā.

De Remediis utriusque fortunę duos. De Viris illustribus unũ scripsit. Patria quoque lingua, quo in genere plurimum valuit: ut prætermittam nihil Amatorias cantilenas, libros Sonectorum, ac Triumphorũ fecit; Libros item rerum memorãdarum. quarto de vita solitaria duos, de secreto cõflictu tres, de ignorantia sui, & aliorum unum, De otio religioso duos; sine nomine unum. quippe dicendi genus intentatum reliquit nullum. Atque istis in studiis ea grauitate, copia, gratia, versatus est, ut qui etiam severissimè iudicant fateantur ipsum excelluisse cũctos, qui aut memoria sua viuerent, aut superiore ætate mille propè ad annos istis in litteris claruissent. Neque verò id negant, qui fateri quæ sunt vera non verentur, ipsum esse illum, qui & princeps & auctor fuit excitandi studii, & Poetici, & omnis eloquentiæ, ut quæ perdiu neglecta fuerant, & quasi sopita dormierant, ea tandem mortalium ad cognitionem usumque redirent. Gratus tamen gustui illorum non solet esse, qui sunt adeò delicati, ut nihil omni parte non perfectum laudent. Sed meminerint Ciceronis esse in Bruto dictum; Nihil simul & inuentum & perfectum esse. Atq; illud constat, quod etsi non adæquãdus Ciceroni, nec Virgilio videatur, id tamen est suo ingenio ac diligentia assecutus, quod istis in studiis & sui & superioris temporis omnes ad multos annos quouis dicendi in genere superauit.

FRAN-

FRANCISCI PETRARCHÆ ILLVSTRIS POETÆ VITA SECVNDVM IANNOZZVM MANETTVM INCIPIT FOELICITER.

FRanciſcus Petrachi cuiuſdam ſcribæ filius cognomento Petrarcha à Petracho patre R. littera ſiue euphone, ſiue potius, ut quibuſdam placet, amplificandi nominis ſui cauſa interpoſita, trecẽteſimo quinto ſupra milleſimum Chriſtianæ ſalutis anno illuceſcente vigeſimæ diei Quintilis menſis aurora Arecii natus eſt, in vico quodã qui vulgo Horti vicus dicitur. Hac forte die eadem fere natiuitatis ſuæ hora exules Florentiam populi, qui iam pridem patria extorres ſe Aretium Bononiamque contulerant, contractis undique auxiliis ad portas patriẹ, ſi qua fors fuiſſet ulciſcendi gratia certatim contenderunt. Hæc enim omnia ipſe in epiſtola quadam ad Ioannẽm Boccacium eius temporis egregium Poetam manifeſte teſtatur. Vetuſta eius origo ſupra Parenzum quendam auum ſuum ab Anciſa propinquo Florẽtinorũ oppido repetita traducitur. Petrarchus igitur pater, quanquam Anciſẹ oriretur, Florentiæ tamen habitauit: ubi præ ingenii excellentia, ac ſingulari linguæ elegantia ad magnos Italiæ principes primum Florentini populi nomine pro arduis rebus oratoris officio elegantiſſime uſus eſt.

Scriba deinde ad magiſtratum reformationum ex magno huiuſmodi hominum numero cæteris omnibus non iniuria ob ingenii acrimoniam, & linguæ elegantiam præpoſitus ipſe unus diligitur. quo in magiſtratu tametſi aliquot annos officio ſuo diligenter atque integre fungeretur, in magna tamen illa ciuili & turbulenta diſſenſione quæ inter albos & nigros duas diuerſas ciuitatis factiones inualuit, quemadmodum in Dantis vita latius deſcripſimus, propterea quod albis adhæſiſſe videretur una cum cæteris albarum partium fautoribus urbe exa-

ctus Aretium conceſſit, ac dum fallaci ſpe Florentiam redeundi in hoc loco aliquamdiu commoraretur, factum eſt, ut filium ex uxore ſua ſuſciperet, quē diminute veteri quadam infantilis indulgentię ritu pro Franciſco Checcum appellauit, cum alterum nomine Gerardum iampridem habuiſſet. hic eſt ille Gerardus, qui infinitis pœnè ſecularis vitæ, ut ita dixerim, incommodis poſthabitis arduum illud Carthuſienſium Monaſterium intrare non formidauit; ibi monaſticam vitam iuxta aſperiores quaſdam eius religionis conſtitutiones aſperrime uſq; ad extremum ducens Maternæ in pace quieuit.

Paucis deinde annis poſt hanc filii ſui natiuitatem Petrachus omnes exulum, cum quibus conſpirauerat, conatus in irritum hactenus euaſiſſe, atq; ad nihilum recidiſſe conſpicatus, in Galliam Tranſalpinam verſus Auinionem, ubi forte ea tempeſtate Summus Pontifex reſidebat, ſimul cum uniuerſa familia ſua perrexit, hic ſedem ſuam cōſtituens, ubi Franciſcum primis pueritię annis iam ad diſcendum aptum proſpexit, in paruam quādam Prouinciæ urbem trāſmiſit, cuius nomen Carpentoras dicebatur, ut ibi à pręceptore neſcio quo egregie erudiretur. Inde quadriennio Grammaticis eruditus, poſteaquam prima illa puerilia ſtudia tranſegit, e veſtigio ad Montem Peſſulanum oppidum per ea tempora florētiſſimum, ut Ius Ciuile cognoſceret, non ſine moleſtia, quod ſuauibus Ciceronis, & Maronis libris iam mirum in modum oblectaretur, vicina iam pubertate traducitur, ubi quadriennio etiam in cognoſcendo Iure ciuili conſumpto non iniuſſu patris Bononiam proficiſcitur, quo in loco alterum itidem quadriennium in cognitione iuris prope contriuit. Septem namque annos in ſtudiis ciuilibus incaſſum amiſit, ut ipſe in epiſtola quadam aperte demonſtrat, in qua de hac tanta temporis iactura vehementius conqueritur, quamuis nonnullos Ciceronis, & Virgilii libros clanculum, ne pater reſcire poſſet. hoc interim tempore legiſſet poſt obitum vero patris utpote tunc primum ſui iuris effectus, cunctis iuris ciuilis codicibus eiuſque ineptis comentationi-

bus

bus abdicatis circa primos adolescentiæ suę annos humanitatis studiis omnino se dedicauit. Quo circa studiorum gratia Tholosam concessit. Inde quarto anno reuersus Parisiensiũ in urbem contendit. Quarto rursus anno Neapolim eo tempore opportune adiuit: quo Robertus inclitus Siciliæ Rex forte cõuenerat. Hinc postea abiẽs quarto quoque anno, sic studiorum suorum cursum per quadriennia partiebatur, eodem remeauit. In Galliam, deinde Cisalpinã profectus Veronæ primum, mox Parmæ, ac Ferrariæ, demum Pataùii aliquamdiu fuit. Mediolanum posthæc ac Ticinum venit. Pisas & Aretium dilectum primi exilii & originis suæ locum visendi gratia petiit. Venenetiis denique aliquantulum permansit: ut ipse hæc omnia in epistola quadam ad Guidonem Archiepiscopum Ianuæ omniũ studiorum suorum cursum prosecutus apertius ostendit. In his igitur humanarũ & diuinarũ rerũ studiis diutius per varia & diuersa loca, quemadmodũ diximus, versatus usq; adeo profecit, ut inter cæteros præcipuos laborum suorũ fructus primũ dicendi elegantiam iam supra mille annos pœnè defunctam ob inhumanam quandam primo Romanorum Imperatorum crudelitatem, qui urbem Romam omni sęuitiarum genere crebris proborum & doctorum virorum trucidationibus nefarie nimis vexauerant: ob sæuissimum deinde Longobardorum dominatum, qui totam Italiam quatuor supra ducentos circiter annos occupatam penitus deuastauerant, præcipua quadam ac propè diuina ingenii excellentia è tenebris in lucem reuocauit. Nam & primus complures Ciceronis libros per multa sæcula Italis antea occultos ac propemodum amissos sua singulari diligentia nobis restituit, atq; eius epistolas prius hinc inde varie dispersas eo ordine, quo nunc videmus, in sua volumina redegit, & suo quodam excellentiori dicendi genere seipsum posteris in soluta oratione, & carmine ad imitandum pręstitit. quod nulli alii usque ad tempora sua contigisse legimus, ut in utroque dicendi genere prævaleret. Etenim si duo apud Latinos & totidem apud Græcos humanorum inge-

 nio-

niorum fulmina altera ab altero dicendi genere destituta videntur, quid de cæteris putandum est? Quippe immortalia illa Demosthenis & Ciceronis ingenia, quæ quidem in soluta oratione velut in regno suo dominantur ac triumphant, in carminibus manca & debilia fuisse conspicimus, & veneranda in versibus Homeri, & Virgilii maiestas, in prosis orationibus ita claudicat, ut qui ab eis dicta fuisse ignoraret eorũ esse, perpetuo contenderet, quod in cæteris quoq; artium studiis euenire perhibetur, ut nullus in pluribus excellat. Id propterea natura comparatum esse arbitrantur, ut si ipsa parens rerum vitia vel omnia vel plura largiretur, unde postea alteri traderetur habere non posset. Solus igitur Petrarcha hac pręcipua & pæne diuina gratia præditus in utroq; dicendi genere valuit. Proinde tanto in honore apud omnes habebatur, ut non amplius Franciscus Petrarchi, sed Franciscus Petrarcha amplificato nomine ubique appellaretur. Cuncti etiam paulo humaniores omnium gentium populi eius nomen venerari videbantur. Vnde Aretini cum ipsum è Roma reuertentem, quo iubilæi gratia perrexerat, Aretium diuertere accepissent, ut dilectum natiuitatis suę locũ viseret, sibi aduentanti tanta omniũ congratulatione occurrerũt, ut Regi aut magno Principi amplius, sicut ipse in epist. quadam cõmemorat, fieri non potuerit. Florentini quoque, qui Petrachum patrem antea relegauerant, paternæ relegationis contumaciam reuocantes filio tanto & tam singulari viro omnia patris errata gratis condonarũt. De quo quidem tam præcipuo & tam peculiari erga se beneficio ipse Florentino populo gratias agens epistolam quandam laudibus & gratias refertissimam scribit. Incliti insuper Principes admirabili & pene incredibili virtutum suarum fama pertracti personam suam ita obseruabant, ut inter se de eo habendo certatim fere contenderent. Summus namque Pontifex ipsum ad sanctitatem suam sępenumero per epistolas accersiuit, magnos sibi dignitatis gradus si accederet ultro pollicitus, quod etsi primam, sicut dicitur, tonsuram iam pridem accepisset, ut facilius

iuxta,

iuxta, sua tenuitate patrimonii cogēte, in otio viueret, maiora tamen hęc Summi Pontificis oblata utpote tranquillam studiorum suorum quietem perturbatura recusare non dubitauit. Id ipsum, & potentissimum Mediolanensium Ducem, & illustrem Pataui Principem nonnunquam fecisse constat, ut ingentia sibi munera ultro pollicerentur, si secum conuersari atque habitare vellet. At ipse cum quibusdam præclaris principibus aliquamdiu vixit. Penes enim summum Pontificem tempore iuuētutis suæ aliquantulum commoratus est. Sed ingenti quadam curialis, ut aiunt, vitę tędio postea affectus ita inde abiit ut nūquam in posterum redire voluerit, quamuis sępius ab ipso Pontifice per epistolas, & apostolicas oblationes multum admodum inuitaretur. & cū Galeazo Vicecomite Mediolanensium ductore aliquot annos permansit, & cum quibusdam denique aliis egregiis principibus conuersatus tria & ea quidem præcipua legationis munera his temporibus dignissime obiuit. Venetias quippe causa pacis inter Venetos, & Ianuenses reformandę Romanorum Regem in extrema barbarie forte degentem pro Ligustica pace, ut eius verbo utar, & ad gratulandum denique Ioanni Francorum Regi Britannico tunc carcere liberato orator missus est, quemadmodum ipse ad Ioannem Bocatium in epistola quadam scribit, tantoque in honore memorati principes eum habebāt, ut de prælationibus & præcessibus velut in ambulationibus fieri consueuit vicissitudinaria inter se controuersia crebro oriretur. Verum ille quoniam erat singulari prudentia, nec minori modestia prędítus, numquam adduci potuit, ut tantis & tam præstantibus populorum ductoribus se in honore præferri pateretur. Quid plura de maximo eius honore dicam, cum sexcenta sint eiusmodi quæ ingentem eius gloriam fuisse aperte declarēt? Sed cęteris omnibus breuitatis causa omissis, unum tacitus præterire non possum, quod ita mirabile est, ut quiddam huic nostro simile mirata antiquitas pro miraculo litteris mādauerit. Etenim dum in Gallia Cisalpina admodum adolescens degeret, nō modo de Italia, sed

de ulteriori etiam Gallia nobiles quosdam, & ingeniosos viros sola visendi gratia in epistola quadam ad se ipsum venisse testatur: & quod mirabilius est, & vix credibile, nisi ab eo ipso vel idoneo veritatis assertore ibidẽ confirmaretur. Cæcum nanq; grammaticũ per totam fermem Italiã ipsum quæritasse, ac tãdem aliquando conuenisse tradit, atque præ nimio conueniẽdi sui desiderio ipsum sublatum manibus filii & discipuli, quibus ambobus pro vehiculo utebatur, caput eius & dextrã manum crebris osculationibus petiisse describit, quasi tactu ipso eximio & pene insatiabili sui desiderio satisfaceret, quandoquidem visu satiari non posset. Hæc omnia ipse, ut diximus, in epistola quadam ad Donninum grãmaticum Placentinũ aperte commemorat. Quamobrem de ultimis Hispaniæ Galliarumque finibus usque ad urbem Romam quosdam venisse nobiles sola visendi doctissimi viri causa minime mirari se dicit, quod de T. Liuio scribit Hieronymus, cũ sibi superiora prouenerint. Ad hæc omnia vel maxima gloriæ insignia nihil deesse videbatur ad gloriosum hominis cumulum, nisi ut Laurea corona insigniretur: qua apud veteres Græcos & Latinos Imperatores egregiosque poetas tantummodo coronatos fuisse constat. Id ne consũmatæ hominis gloriæ deesset, magna quadam ac solẽni celebritate Romæ coronari meruit. Hãc poeticam Lauream per quinquaginta supra noningẽtos circiter annos à Claudiani temporibus, qui imperante Seniore Theodosio floruit, usq; ad hunc nostrum Petrarcham perpetuo intermissam solus ipse nõ immerito assumpsit, ut quod vetus poeta iamdiu antea ultimo accepisset, Florentinus & nouus vates eodem modo accipiẽs post tot annorum curricula renouaret.

Cum hæc igitur humanitatis studia per longinqua ac diuersa terrarum loca Pythagoram & Platonem duos summos Philosophos egregie imitatus diutius perscrutaretur, atq; propterea in maximo honore apud omnes fere orbis terrarum gẽtes, quemadmodum supra diximus, haberetur, demum vitam solitariam, utpote huiusmodi humanarum ac diuinarum rerum

studiis

ſtudiis accommodatiorem adamauit. proinde cęteris omnibus mundi pompis, & honoribus poſthabitis in Euganeis collibus non amplius quam decem milia paſſuum à Patauio urbe diſtãtibus ſe in otium contulit; ubi & domum paruam ſolitudinis gratia inſtruxit, & aliquot oliueta nonnullaſque vineas paruo emptas adiunxit. In hoc tam opportuno atque tam accommodato loco in ſtudiis ſuis uſque ad extremum vitæ longius verſatus multa memorię mandauit: de quibus omnibus antequam mentionem faciamus, formam & habitudinem corporis, & domeſticos mores eius parumper enarrare ſatius eſſe cenſemus. Forma eius ita decora fuit, ut maieſtatē quandam præ ſe ferre videretur. nam præter ſingularem quandam corporis pulchritudinem hilari facie grauitate condita & ſtatura procera adeo ornabatur, ut præcipuam ac cenſoriam perſonæ dignitatem viſentibus demonſtraret. Ad naturalem quoque grauitatem acerba & immatura in adoleſcentia canities accedebat. quod licet ipſe ab initio moleſte ferret, ſeipſum tamen præclarorum virorum exemplis conſolabatur, quibus adoleſcentibus hoc idem contigiſſet. Siquidem & Numæ incanũ mentũ, & Virgilii iuuenis barbã cãdidiorē, & Domitiani adoleſcētis comã ſeneſcentē, & Stiliconis feſtinã, & poſtremo intempeſtiuã canitiē Seuerini ſibi ipſi interdum conſolandi gratia ante oculos proponebat, valetudine proſperrima uſq; ad ſenectam uſus. Tanta enim corporis agilitate ac dexteritate prępualebat, ut vix ab aliquo ſuperari poſſet. In ſenectute autem poſtea tantis languoribus vexabatur, ut agmine facto, ſicut ipſe quodã loco dicit, omnia morborum genera circumſilirent atque inuaderēt.

Itaque ſexto & ſexageſimo ætatis ſuæ anno tanta corporis imbecillitate tenebatur, ut abſque ope famulorum nullatenus ambularet. Huius rei cauſam medici partim aquæ potũ extitiſſe aiebant, qua quotidie uteretur, partim vero quotidiano pomorum eſui, & inediæ carnium, & aſſiduis ieiuniis hanc eius debilitatem imputabant. Nec minor animi ſui decor quam corporis fuit. Nam in moribus ſemper uſque à primis pueritiæ an-

nis grauitatem seruauit. & quamquam florenti ætate in odis suis, quibus natura aptissimus erat, lasciuis amoribus indulsisse videretur, à grauitate tamen censoria ungue latius, ut dicitur, non recedebat: quod quidem complura ab eo per omne tempus ætatis diligēter seruata manifestissime probant. Siquidem ieiunium à pueritia animose cœptum usque ad extremum fere vitæ suæ annum accuratissime simul atque constantissime sine intermissione retinuit. idque ieiunium ita accurate custoditum inedia sextæ feriæ cum solo aquæ potu quasi acriori sale condiebat. Media insuper nocte ad dicendum Christo laudes iugiter surgebat. qui mos ab eo magna cū cura seruabatur, nisi forte aliqui morbi nonnunquam interrupissent. Quid plura? tantum abest ut ipse lasciuis amoribus inhæreret, ut ob religiosam quandam vitæ continentiam atque seueritatem, & sanctimoniam morum non defuerint, qui ipsum perpetuam castitatem ac virginitatem continuisse traderent. quod forte mirari desinemus, si abstinentiam, & asperitatem victus, si aquæ haustum, si crudas herbas, si pomorum esum, si præterea quotidianum & perpetuum ieiunium, quibus non modo non offendebatur, sed vehementius oblectabatur, nobis ante oculos proposuerimus. Quod si hæc vera sunt, ipsum aliud profecto in memoratis odis quam nuda eius verba sonare videantur poetico more intellxisse manifestum est.

Acerrimi, & ardentissimi ingenii ac tam fidelissimæ memoriæ traditur, ut in miraculum usq; procederet. Siquidem nonnulli ipsum supra viginti millia versuum, quandocunque recitare placuisset, retulisse scribunt. per omnem ætatem suam inexhausta quadam legendi cupiditate ferebatur, cuius nimirum insatiabilem, ut ipse quadam loco dicit, natura ipsum finxerat. Itaque non contentus Latinæ linguæ libris, qui per id tempus vulgo habebantur, vetustos codices, quos & Varronem & Ciceronem aliosq; doctissimos viros quondam posteris scriptos reliquisse nouerat, assidue perquirebat. Vnde inter Belgas & Heluetios, sicut ipse testatur, vigintiquinque ætatis annos natus

tus accuratissime quæritabat: ubi præter epistolas & nonnullas Ciceronis orationes duos illos preclaros eius de Gloria libros extremo fere Germanię angulo abstrusos post multos quærēdi labores demum inueniens è tenebris in lucem eruit; ipsosque coætaneis suis singulari eius diligentia restitutos incuria eorum nobis ablatos satis admirari non possum. Neq; hoc etiam insatiabili & inexhausto legendi desiderio ullatenus satisfecit, quin imo linguam Græcam per ea tempora omnino nouam & peregrinam, atque ut ita dixerim ab Italia longe abhorrentem, discere concupiuit, ut per maximam quandam Græcorum librorum copiam suo illi lectitandi desiderio satisfaceret. quādoquidem in quotidiana & perpetua Latinorum voluminum peruolutione satisfacere nō posset. Quocirca primus à Barlam monacho litterarum Grecarū in primis peritissimo, vel potius tantummodo doctissimo, Catonem censorium imitatus, qui in senectute litteras Græcas discere non erubuit, Græce edoceri cœpit. In his peregrinis alienarum litterarum studiis multum admodum, ut arbitror, præ singulari ingenii ac memorię excellentia diligentia adhibita profecisset, quanquam ipse moderate ut cætera se forte profecisse dicat, nisi importuna memorati præceptoris mors sibi ipsi iam discere incipiēti inuidisset. Proinde ad lectionem Latinorum librorum reuersus, simul ac cuncta profana gentilium volumina legendo percurrit, postremo sacris codicibus operam dedit, quorum veneranda lectione incredibiliter delectabatur. unde & cum religiosissimis simul atque doctissimis eius temporis viris magnam per epistolas familiaritatem contraxerat, ita ut eos crebro per litteras precaretur, ut sui in diuinis eorum orationibus, maxime vero in cōsecratione dominica sine intermissione meminissent. Cum itaque formam & habitudinē corporis & domesticos mores eius, sicut promisimus, breuiter attigerimus, reliquū est, ut egregia scripta sua deinceps recenseamus; si prius tamen quendam Sorgiæ fontem. nam hic & Arquadæ, quadam ut diximus Patauii villa, magnam suorum operum partem adumbrauit ac confecit.

fecit. Sorgiam igitur nobilissimum Narbonẽsis Prouinciæ fontem esse aiunt, cuius origo e specu quodam saxei montis tanta clarissimarum aquarum copia emanat, ut fluuiũ eiusdem nominis, cum in planitiem largius descenderit, ac se in lata camporũ æquora effuderit, optimis piscibus abundantem efficiat. ubi ergo se in campos latius effudit, in fundo suo lætas herbas ita suaues producit, ut boues vel bibendi vel adaquandi vel pascẽdi, spatiandive gratia eo adducti, cum illam limpidarum aquarum claritatem prospexerint, à fundo ipso mersis usque capitibus petere ac carpere conentur; per planiciem deinde paruo cursu contentus penes Auinionem oppidum in Rhodanum influit. Hic itaq; fons, licet aquarum copia, abundantia piscium, herbarum fertilitate non ignobilis & incolentibus & transeũtibus esse videatur, lõgius tamen diuturno præstantissimi Poetæ incolatu omnibus & doctioribus & semidoctis innotescit. Pluribus quippe scriptorum suorum locis perpetuam quãdam huius amœnissimi fontis mẽtionem fecit. Magna etenim huius fontis amœnitate captus complures ibi annos quietissime habitauit, atq; studia sua ita peregit, ut multa memoriæ mandaret. Proinde hũc locum, ubi memoratus Sorgia rex fontium, ut ipse dicit, oriebatur, transalpinum Heliconẽ suum appellare solebat. Ea igitur quæ hoc loco scripsit una cum reliquis scriptis suis apud nos extãt. Nam præter odas materno sermone compositas, quas cãtilenas & sonetia vulgato nomine dicunt, plura etiam litteris tradidit Eclogas enim duodecim egregiis bucolicis carminib' edidit: Epistolas multas scripsit numero circiter quadringentas mille, aliis, ut eius verbis utar, non ob aliã causam, quam quia locus non caperet omissis, easq; in duo volumnia instar Tullianarum ipse digessit. Horum alterum rerum familiarum; alterum senilium nuncupauit. Tertium quoque ad Barbatum quemdam Sulmonensem versibus dictatum adiunxit. Inuectiuas in Gallum, & in Medicum composuit. Scripsit insuper de Remediis ad utramq; fortunam libros duos: de Vita solitaria ad Philippum Cauallacẽsem Episcopum libros duos:

de

de Otio religioso unum;Rerum memorādarum libros quatuor; de Ignorantia sui & aliorum ad Donatum nescio quem; librum unum de Secreto conflictu curarum suarum, & cōtra Clericos libros. De Viris illustribus unum: licet quidam nomine Lombardus post eius obitum alterum suppleuerit: cunctas prętera Scipionis Africani laudes in uno volumine per libros nouem distincto hexametris carminibus mirabiliter cōgessit: quem librum Africam inscripsit, licet morte præuentus ei ipsi iam immature edito ultimas, ut cupiebat, manus imponere non potuerit. quas ob res in hac tanta scriptorum suorum confectione id præcipue curasse visus, ne moriens minorem vel maiorem potius nominis sui gloriam relinqueret quam viuens reportasset, siquidem paulo antequam moreretur & Africam ipsam emendabat, & noua ut aiunt opera cudebat. In hac itaque tam gloriosa & tam fœlici vita usque ad septuagesimum ætatis suę annum in magnarum ac variarum rerum studiis versatus Arquadę obiit: quo, ut diximus, se in otium contulerat. Hūc ultimum eius finem à reliqua ante acta vita nullatenus discrepasse aiunt. Nam quemadmodum ab ineunte ætate usq; ad extremum in continua quadam altissimarum rerum contemplatione simul atq; diuturna æternæ vitæ præmeditatione, tanquam in iucundo quodam diuersorio, suauissime commorabatur; sic demum in Dei gratia, quantum per ea quę in morte apparuisse ferunt coniectura augurari possumus, gloriosissime defunctus ex hoc caliginoso carcere in cælos ad patriam remeauit. Peregregium namque discipulum suum nomine Lombardum, quem ipse unice diligebat, in cuius sinu moriens expirauit, hæc de eo paulo post obitum suum retulisse perhibent. Ipsum scilicet moribundum in extrema ultimi spiritus sui efflatione aerem quendam tenuissimum in candidissimę nubeculę speciem exhalasse, qui instar incensi thuris usq; ad laquearia tabulati altius elatus ibidem vel paululum requieuit, postremo in aerem limpidissimum paulatim resolutum euanuisse. Hoc adeo mirabile ubi auctoritate memorati discipuli & aliorum qui aderant te-

ſtimoniis comprobatum ac creditum eſt, pro miraculo habitũ, diuinum poetæ ſpiritum ad Deum reuertiſſe propalam indicauit. Etenim in quotidianis & peruulgatis hominum mortibus, quos vita communis ferre cõſueuit, vel hęc vel his ſimilia nullo unquam tempore contigiſſe legimus. Per hũc igitur modum Poeta noſter glorioſiſſime defunctus ibidem in arca quadam marmorea ſepultus eſſe dicitur: quã his tribus eius humilibus verſibus inſignitam extare tradunt. Epigramma plenum modeſtiæ eiuſmodi eſt:

Frigida Franciſci lapis hic tegit oſſa Petrarce.
Suſcipe virgo parens animam, ſate Virgine parce,
Feſſaque iam terris cœli requieſcat in arce.

De hac præcipua eius morte Collutius nõ ignobilis noſtri temporis poeta libellum quendam compoſuit.

EXPLICIT FRANCISCI PETRARCAE VITA.

COMINCIA LA VITA DI MISSIER FRANCESCO PETRARCHA

DI LEONARDO ARETINO.

Francesco Petrarcha, huomo di grand' ingegno, & non di minor virtù, nacque in Arezzo nel Borgo dell' Orto. La natiuità sua fù negli anni 1304. *à di* 21. *di Luglio, poco innanzi al leuar del sole. Il Padre hebbe nome Petracchо; l'Auolo suo hebbe nome Parenzo: l'origine loro fù da l' Ancisa. Petracchо suo padre habitò in Firenze, & fù adoperato assai nella Republica. peroche molte volte fù mandato Ambasciatore dalla Città in grauissimi casi. Molte volte con altre commissioni adoperato ad gran fatti. Et in Palagio un tempo fù Scriba sopra le riformagioni diputato; & fù valente huomo, & attiuo, & assai prudente. Costui in quello naufragio de' Citadini di Firenze, quando soprauenne la diuisione tra Neri, e Bianchi, fù reputato sentire con parte Bianca; & per questa cagione insieme con gli altri fù cacciato di Firenze. Il perche redotto ad Arezzo, quiui fè dimora, aiutando sua parte, & sua setta virilmente, quanto bastò la speranza di douere ritornare à casa. Dipoi mancando la speranza, partì da Arezzo, & andonne in Corte di Roma, la quale in quelli tempi era nuouamente transferita ad Vignone. In Corte fù bene adoperato con assai honore, & guadagno, & quiui alleuò due suoi figliuoli, de' quali uno hebbe nome Gherardo, l'altro Checco; questo è quello, che poi fù chiamato Petrarca, come in processo di questa sua vita diremo. Il Petrarca adunque alleuato à Vignone comunche venne crescendo, si vidde in lui grauità, & altezza d'ingegno, & fù di persona bellissimo, & bastò la formosità sua per ogni parte di sua vita. Apparate le lettere, uscito di quelli primi studii puerili, per comandamento del padre si diede allo studio di ragione ciuile, & perseuerouі alcun' anno. Mà la natura sua, la quale ad più alte cose era tirata, poco stimate le leggi, & i litigii, & reputando quella esser troppo bassa materia ad suo ingegno, nascosamente ogni suo studio ad Tullio, & ad Virgilio, & à Seneca, & Lattantio, & gli altri Filosofi, & Poeti, & Storici referiua,*

riua, lui ancora prompto à dire in versi, prompto à dire in prosa, prompto à Sonetti, & à Canzoni morali: gentile, & honorato in ogni suo dire; in tanto sprezzaua le leggi, & lor tediose, & grosse commentationi di chiose, che se la riuerentia del padre non l'hauesse tenuto, non ch'egli fusse ito dietro alle leggi, mà se le leggi fossono ite dietro à lui, non l'harebbe acceptate. Doppo la morte del padre, facto di sua podestà, subito si diede tutto ad quelli studij apertamente, de' quali prima era stato nascoso discepolo per paura del padre; & subito cominciò à volare sua fama, & esser chiamato non Francesco Petracchi, mà Francesco Petrarcha, ampliato il nome per riuerenza delle sue virtù. Et hebbe tanta gratia d'intelletto, che fù il primo, che questi sublimi studij lungo tempo caduti, & ignorati riuocò ad luce di cognitione, i quali dapoi montati sono nella presente altezza; della qual cosa oderò che meglio s'intenda, facendomi in dietro, con breue discorso raccontar voglio la lingua Latina, & ogni sua perfettione, & grandezza. Fiorì massimamente nel tempo di Tullio; però che prima era stata non polita, nè limata, nè subtile, mà salendo à poco à poco à sua perfettione, nel tempo di Tullio nel più alto colmo diuenne. Doppo l'età di Tullio cominciò ad cadere, & a discendere, come per fino ad quel tempo era montata. Et non passarono molti anni, che riceuuto anco gran calo, & diminutione; & puosi dire, che le lettere, & gli studij Latini andassero parimēte collo stato della Republica di Roma, peroche insino all'età di Tullio hebbe accrescimento; dipoi perduta la libertà del Popolo Romano per la signoria dell'Imperadori, i quale non restarono mai d'uccidere, & disfare gli huomini di pregio insieme col buono stato della Cità di Roma, perì la buona dispositione delli studij, & delle lettere. Ottauiano, che fù il meno reo Imperadore, fè uccidere migliaia de' Citadini Romani. Tiberio, & Galicula, & Claudio Nerone non vi lasciorono persona, che hauesse viso di huomo. Seguitò poi Galba, & Ottone, & Vitellio, i quali in pochi mesi diffeciono l'uno l'altro. Doppo costoro non furono più Imperadori di sangue Romano, però che la terra era sì annihilata da precedenti Imperadori, che niuna persona d'alcuno pregio vi era rimasa. Vespasiano, il quale fù Imperatore dopo Vitellio fù di quello di Riete; & così Tito, & Domitiano suoi figliuoli. Nerua Imperadore fù da Narni. Traiano adoptato da Nerua di Spagna,
Seuero

Seuero d'Africa. Alessandro d'Asia. Probo d'Vngheria. Diocletiano di Schiauonia. Costantino fù d'Inghilterra. A che proposito si dice questo da me? Solo per mostrare, che come la Cità di Roma fù adnihilata da gl'Imperadori peruersi Tiranni, e così gli studij, & le lettere Latine riceuetono simile ruina, & diminutione, in tanto che allo extremo quasi non si trouaua chi lettere Latine con alcuna gentilezza sapesse. Et sopra uennero in Italia Gotti, & Longobardi, nationi barbare, & externe, i quali a facto spẽsero quasi ogni cognitione di lettere come appare negl'Instromenti in quelli tempi rogati, & facti, de quali niente potrebbe esser più material cosa, nè più grossa, et rozza. Ricuperata dapoi la libertà de' Popoli Italici per la cacciata de' Longobardi, i quali 204. anni tenuta haueuano Italia occupata. Le Cità di Toscana, e l'altre cominciorono ad ribauersi, et dare opera à gli studij, et alquanto limare il grosso stilo; e così à poco, à poco vennero ripigliando vigore, mà molto debilmente, et senza vero giudicio di gentilezza alcuna, più tosto attendendo à dire in rima volgare, che ad altro. Et così per fino al tempo di Dante lo stilo literato pochi sapeuano, et quelli pochi il sapeuano assai male, come diremo nella vita di Dante. Francesco Petrarcha fù il primo, che bebbe tanta gratia d'ingegno, che riuocò in luce l'antica leggiadria dello stilo perduto, et spento; et posto, che in lui perfecto non fosse, pure da se vidde, et aperse la via à questa perfettione, ritrouando l'opere di Tullio, et quelle gustando, et intendendo, adaptandosi quanto pote, et seppe à quella elegantissima, et perfectissima facundia: Et per certo fece assai, solo ad mostrare la via ad quelli, che dopo lui doueuano seguire. Dato adunque ad questi studij il Petrarcha, et manifestando sua virtù insino da giouane, fù molto honorato, e reputato, e dal Papa fù richiesto di volerlo per secretario di sua Corte. Mà non consentì mai, nè prezzò il guadagno, et nientedimanco per poter viuere in otio con vita honorata, aceptò i beneficij, e fessi Cherico secolare; et questo non fè tanto di suo proposito, quanto constretto da necessità, perche dal padre poco, ò niente di heredità gli rimasi. Et in maritare una sua sorella, quasi tutta la sua heredità paterna si conuertì. Gherardo suo fratello si fè Monaco di Certosa, et in quella Religione perseuerando finì sua vita. Gli honori del Petrarcha furono tali, che niuno huomo di sua età fù più honorato di lui, nè solamente oltra mon-

ti, mà di quà in Italia passando à Roma sollennemente fù coronato Poeta. Scriue lui medesimo in una sua epistola che negli anni 1350. venne à Roma per lo Giubileo, & nel tornare da Roma fece la via d' Arezzo per veder la terra doue era nato, & sentendosi di sua venuta, tutti i Citadini gli uscirono incontro, come se gli fusse venuto uno Rè. Et conchiudendo, per tutta Italia era si grande la fama, & l'honore à lui tributito da ogni Cità, & terra, & da tutti i popoli, che pareua cosa incredibile, & mirabile. Nè solamente da i popoli, & da mezzani, mà da sommi, & grandi Principi, & Signori fù desiderato, & honorato, & con grandissime prouisioni appresso di se tenuto. Peroche con missier Galeazzo Visconti dimora fece alcun tempo con somma gratia pregato da quel signore, che appresso de lui si degnasse stare. Et simile dal Signore di Padoua fù molto honorato: & era tanta la reputatione sua, & la reuerentia, che gli era portata da quelli signori, che spesse volte con lui lunga contesa faceuano di mandarlo innanzi nello andare, & nello entrare in alcuno, & preferirlo in honori. Così il Petrarcha con questa vita honorata, & riputata, & gradita visse insino allo extremo di sua età. Hebbe il Petrarcha nelli studij suoi una dota singolare, che fù atissimo ad prosa, & ad verso, & nell'uno stilo, & nell'altro fece assai opere. La prosa sua è leggiadra, & fiorita; il verso limato, & rotondo, & assai alto. Et questa gratia dell'uno stilo, & dell'altro è stato in pochi, ò in nullo fuor di lui. Perche pare che la natura tiri ò all'uno, ò all'altro, e quale vantaggia per natura, ad quello si suole l'huomo dare. Onde aduiene, che Virgilio nel verso excellentissimo, niente in prosa scrisse. Et Tullio sommo maestro in dire in prosa, niente vuole in versi. Questo medesimo veggiamo de gli altri poeti, & Oratori, l'uno di questi due stili, niuno di loro, che mi ricordi hauer leto. El Petrarcha solo è quello, che per dota singolare in l'uno, & in nell'altro stilo fù excellente, et opere molte compose in prosa, et in verso, le quali non fà bisogno raccontare, perche sono note. Morì il Petrarcha ad Arquate, Castello del Padouano, doue in sua vecchiezza ritraendosi per sua quiete ad vita otiosa, et separata esser gran merito di virtù. Oltre ad questo Dante da exilio, et da pouertà incalciato non abbandonò i suoi preclari studij, mà in tante difficoltà scrisse la sua bell'opera. Il Petrarcha in vita et soaue, et honorata, et in grandissima bonaccia l'opere

fue compose. Concedesi, che più è da desiderare la bonaccia, mà nientedimeno è di maggior virtù nella aduersità della fortuna potere conseruare la mente à gli studij, maximamente quando di buono stato si cade in reo. Ancora in scientia di Filosofia, et nelle Matematice Dante fù più dotto, et più perfeto, peroche gran tempo gli diede opera; si che il Petrarcha non è pari in questa parte à Dante; per tutte queste ragioni pare, che Dante in honore debba esser preferito. Volgendo carta, et dicendo le ragioni del Petrarca si può rispondere al primo argomento della vita atiua et Ciuile, che il Petrarca fù più saggio, e più prudente in eleggere vita quieta, et otiosa, che trauagliarsi nella Republica, et nelle contese, et nelle sete ciuili, le quali souente getano tal fruto, quale à Dante aduenne d'eßer cacciato, et disperso da gli huomini, & per la ingratitudine de' popoli. Et certo Siano suo vicino, dal quale il popolo di Firenze hauea riceuuti tanti beneficij, e poi il cacciò, e morì in exilio, sufficiente exemplo doueua essere à Dante di non si trauagliare nel gouerno della Republica. Ancora si può rispondere in questa medesima parte della vita actiua, che'l Petrarca fù più costante in ritenere l'amicitia de' Prencipi, perche non andò mutando & variando, come fè Dante. Et certo il viuere in reputatione, & in vita honorata da tutti i signori, & populi non fù senza grandissima virtù, & sapientia, & constantia. Alla parte che si dice, che nella auersità della fortuna Dante conseruò la mente à gli studij. Si può rispondere, che nella vita felice, & nella prosperità, & nella bonaccia non è minor virtù ritenere la mente à gli studij, che ritenerla nell'auuersità; peroche più corrompono la mente de gli huomini le cose prospere, che l'auersità, la gola, e'l sonno, e l'otiose piume sono capitali nimici delli studij. Se in Filosofia, & Astrologia, & nell'altre scienze Mathematice fù più doto Dante, che'l confesso, et consento, dir si può, che in molte altre cose il Petrarca fù più doto, che Dante; perche nella scientia della lettera, et nella cognitione della lingua Latina, cioè prosa, e versi, et nell'una, e nell'altra superiore il Petrarca; però che in prosa lungamente è più excellente, et nel verso ancora è più sublime, et più ornato, che non è il verso di Dante. Siche in tutta la lingua Latina Dante per certo non è pari al Petrarca; nel dire volgare in Canzoni il Petrarca è pari à Dante, in Sonetti l'auantaggia. Confesso nientedimeno, che

Dante nell'opera sua principale vantaggiò ogni opera del Petrarcha. Et però conchiudendo ciascuno à sua excellentia in parte è superato. Esser il Petrarca insignito di Corona poetica, e non Dante, niente importa ad questa comparatione: però che molto è da stimare più il meritare corona, che hauerla riceuuta, maxime perche la virtù è certa la corona taluolta per lieue giudicio, così à chi non merita, come à chi merita, dare si puote.



VITA

VITA DEL PETRARCHA SCRITTA DA LUDOVICO BECCADELLO ARCIVESCOVO DI RAGUSA DAL SIGNOR ANTONIO GIGANTE, DA FOSSOMBRONE.

L'Otio diletteuole, c'habbiamo Misser Antonio mio in questa dolce Isola di Giupana, oue il sol Lione senza noia passiamo, con vaghissimo prospetto di terra, & di mare m'inuita à pagar il debito, che già buon tempo vi son tenuto, cioè di mettere in iscrittura quello, che partitamente altre volte vi hò ragionato della vita, costumi, & studij del nostro Missier Francesco Petrarca; intorno à che m'affaticai già sono venti anni con molto mio piacere, quando Monsignor Illustrissimo Polo fui in Prouenza, & à Carpentrasso, oue tornando di Spagna ci fermammo sei mesi, ritenuti dall'amoreuolezza di Monsignor Reuerendissimo Sadoletto, & di Monsignor Paolo suo Nipote Eletto di quella Città. Nel qual tempo io com'otioso, ch'era, visitando più d'una volta quelle contrade, & spetialmente la Fonte di Sorga in Valclusa, doue il Petrarca con tanto studio lungamente si trattenne: hebbi commodità di discorrere tutte l'opere sue Latine, che quiui da un'amico mi furono prestate, nelle quali molti luochi notai de gli accidenti della vita sua, che da gli scrittori di quella non erano stati auertiti, hauendo solamente discorso, & assai leggermente, come s'innamorò, & visse, & finalmente morì.

Perche parendomi, che gran torto venisse fatto à quel bello ingegno, & à quella buona natura, di che Dio gli fece gratia, raccolsi intorno a ciò molti capi, com'alle volte vi hò ragionato. Et hora, poiche tanto me n'hauete fatto instanza, con l'occasione di questa quiete, tenterò per quanto sarà in poter mio di satisfarui. Et se forse non haurò scelto ogni cosa delle sue molte virtuti, voi per quella medesima strada caminando, ch'io già discorrẽdo passai, cioè attentamente leggendo l'opere sue latine, & volgari, potrete

trete far crescere il volume, che piena auttorità ve ne dò, come quello, che in Ragusa sete più otioso di me, & sù questo fiore della giouentù vostra potete à simili study honestamente attendere. doue io, & per l'età, & per il debito dell'offitio sono à pensieri più graui chiamato, da che al presente la piaceuolezza del luoco, com'hò detto per pochi giorni m'assolue. Nell'Isola di Giupana del Dominio di Ragusa, adi 28. di Luglio 1540.

lib. 8. c. 48. Di queste materie tratta il Petrarca medesimo nell'Ep. ad Poster. nelle senil. lib. 18. & à lib. 10 Ep. 2. & à lib. 13. Ep. 2. & à lib. 16. Ep. 1. & nel proem. delle Ep. fam.

Scrisse Giouanni Villani historico fedele delle cose di Firenze, il qual visse à tempi del Petrarca, che del 1302. à 4. d'Aprile fù scacciata di Firenze la parte de Bianchi; che così all'hora si domandauano li Ghibellini in quella Città; della qual fattione si trouò esser Petracco di Parenzo, uno delli Cittadini di quella, & persona di buon giuditio, ne senza lettere. Era il detto Petracco maritato in una Cittadina pur Fiorentina, che fù secondo alcuni de Canigiani, nominata Eletta; con la quale trouandosi in essilio, si raccolse in Arezzo, per esser vicino alla patria, dandoseli occasione di ritornarui. Nel detto luoco fù concetto, & nacque il Petrarca, che fù, com'esso medesimo scriue, alli venti di Luglio in aurora in lunedì del 1304. in una Casa posta nella via dell'horto; la quale poi per sua memoria fù conseruata da gli Aretini, gloriandosi che'l Petrarca fosse trà loro nato. Stette il Padre dopo l'acquisto del figliolo, che nominò Francesco, con la famiglia circa sette mesi in Arezzo; dipoi essendo permesso alla moglie di ritornare alla patria, Petracco se n'andò à Pisa, & la moglie co'l figliolino si raccolse ad una loro possessione à Lancisa, luoco in Val d'Arno di sopra, & iui dimorò per sei anni.

Dà questo credo, che gli scrittori poco accurati habbiano tratto, che l'origine del Petrarca era da Lancisa; doue per quello, ch'egli medesimo scriue, fù de Cittadini di Firenze, di non grande, ne vile, mà antica famiglia. Fà memoria d'un suo bisauo detto Garcio, il qual visse 104. anni sano, narrando quanto fosse buono, & prudente, & come gli amici, & la Republica si valessero del suo consiglio. Donde chiaramente si vede, che fù per antico lignaggio di Firenze.

Nelle famil. Ep. 83. col. 4.

Cre-

Cresciuto sino alli sette anni, ne aprendosi la via à Petracco suo Padre di tornare alla patria: la madre si ridusse ad habitare co'l marito à Pisa, oue teneua casa, & quel viaggio fece non senza gran pericolo di perdere il figliuolo in Arno per lo sinistro occorso al seruitore, che lo portaua à cauallo, com'esso hà lasciato scritto.

A Pisa dimorò il Padre un'anno ancora; poi stretto da necessità, per sostentar meglio la famigliola, che gli soprastaua, passò alla Corte del Papa, ch'all'hora si riteneua in Auignone in Prouenza. Et peruenuto il figliolo all'età di 11. anni, & vedendolo di buon ingegno, & molto atto alle lettere lo mise in Casa d'un maestro di quei tempi dotto, & buono, che staua a Carpentrasso Città vicina ad Auignone 12. miglia; doue il Petrarca si portò in modo che'l Maestro l'amò sempre sopra gl'altri. Dopo che giunto alli 15. anni vedendolo il padre disposto alli studij pensò di mandarlo alle scole generali, accioche imparasse leggi, ch'erano in gran prezzo, & molto à proposito de bisogni suoi. Et così lo inuiò a Monpolieri, oue stete quattro anni; & di poi in Italia a Bologna, oue frà gl'altri eccellenti Dottori leggeuano M. Cino da Pistoia, & M. Gio. Andrea Calderino. Il Petrarca per ubidire al padre studiò le leggi, & con gran speranza, & merauiglia di chi lo conosceua.

La qual impresa però fece contra l'animo suo, che mal volontieri spendeua il tempo in studio così mal trattato: hauendo l'animo volto alla Retorica, & Poesia. pure non osaua disubidire, essendo per natura, & buoni documenti del padre modesto, & religioso. Vero è, che buona parte del tempo rubbaua alle leggi, & di nascosto lo daua alli studij d'humanità. della qual cosa aueduto si il padre gli tolse un giorno quei libri, che teneua nascosti, & in sua presenza gli arse; di che piangendo il giouane, il padre mosso a compassione gli diede il Virgilio, e la Retorica di Cicerone, com'esso riferisce.

Nel colloq. 3. col. 7.
Nelle sen. ep. 2. lib. 10.
Nelle sen. ep. 1. lib. 16.

Dimorò in Bologna dal 1323. fino al 1326. del qual tempo fa dolcissima memoria lodando Bologna, e lo stato di quegl'anni,

Nelle sen. lib. 10. ep. 2.

& fù,

& fù, per la bontà del suo ingegno, & bella maniera, caro a tutti.

Ma sopravenutali la morte del Padre, d'età d'anni 22. tornò in Auignone, andando le facoltà paterne a male per colpa delli Curatori, che male quella heredità trattarono, & liberato dal peso di quello studio, si diede liberamente alle lettere, che più gli piaceuano, ancora che da molti sollecitato fosse a continuare l'incominciata impresa delle leggi; a che fatto sordo attese ad ornarsi di costumi, & lettere; nelle quali hauendo già nome, fù per la dolcezza dello stile suo volgare trà gl'altri grandemente amato da Giacomo Colonna Vescouo Lomberiense, & fratello di Giouanni Cardinale, il quale ad un tempo medesimo era stato col Petrarca allo studio in Bologna discepolo di M. Gio. Andrea, benche domestichezza non hauessero insieme, se non dipoi ritornato in Auignone. Et dice il Petrarca, che'l detto Vescouo caramente l'amaua come fratello. Delectatus meo vulgari stilo, in quo tunc iuueniliter multus eram. Et di questa loro amicitia, & carità n'hà fatto testimonio in più luochi delle sue rime, & opre latine in versi, & in prosa. Scriue ancora, che volendo il prefato Signore visitare la sua Chiesa Lomberiense in Guascogna, ch'hoggidì da paesani Lombes si chiama, lo pregò ad andar seco, oue passò l'estate, della quale con molta dolcezza si ricordaua. All'hora fece amicitia con un giouane famigliare del detto Vescouo oltramontano di gentilissima natura, il quale poi nelle scritture sue nomina Socrate, ancora che per nome proprio Ludouico si chiamasse, & durò quella beneuolenza con la vita, che furono più di 30. anni, come scriue.

Nelle sen. lib. 16. Ep. 1.

Nelle sen. lib. 1. Ep. 3.

Tornato in Auignone si ritenne in Casa di Giouanni Cardinale Colonna, che così volle il Vescouo, acciochè habitassero insieme, oue non manco fù dal Cardinale, che dal Vescouo amato.

In questo tempo, come Dio permise caddè il Petrarca d'età di 23. anni nell'amore di Madonna Laura, del quale poi nacquero tante belle compositioni.

Chi fosse Madonna Laura, & in che luoco, & come di lei s'innamorasse molte cose da altri sono state dette. Io non ne dirò, se

non

non quello medesimo, che'l Petrarcha n'hà lasciato scritto, cioè, che Laura fù di sangue nobile, nata però fuor di Auignone in vn luoco ch'esso piciol borgo chiama, di che anco fanno testimonio quelle rime, quali ch'elle si siano, che furono trouate già 25. anni nella sepoltura di Madonna Laura in S. Francesco in Auignone, come appresso si dirà; le quali di lei parlando dicono. Nata in borgo d' Auignone. D'onde potemo pensare, che fosse qualche piciol luoco, non lontano d' Auignone. Et però ne i capitoli della morte il medesimo Petrarca fà dire a Madonna Laura, ch'à lei dispiaceua esser nata in humil terreno &c. Et di ciò non è merauiglia, essendosi a quel tempo per la Corte, ch'in Auignone cresceua ridotte le fameglie de' Cittadini a lucchi vicini. Mà nata doue si volesse, la prima volta, che la vide, & di lei s'innamorò fù in Auignone del 1327. a' sei d' Aprile nella Chiesa di Santa Chiara, come lasciò scritto di sua mano dopo i libri di Virgilio in vna Epistola Latina, che comincia. Laura propriis virtutibus illustris, & meis longum celebrata carminibus &c. *La qual è poi stata stampata in alcuni libri delle sue rime, & sarà anco nel fine di questa scrittura. Et per quello, ch'eßo nel terzo colloquio ragiona con S. Agostino di molti anni non era maggior di lei. Tal che credere si può, ch'ella fosse intorno alli 18. anni. Hora come si sia di lei acceso, sentiua gran pena, & per l'età, & per la natura sua disposta a simile paßione. Et ancora, che sino a quel tempo alcuni pensassero, ch'egli più tosto fingesse per hauer soggetto da scriuere, che veramente sentisse tanto fuoco: nientedimeno noi non ne douemo voler saper più di quello, ch'egli n'ha in più luochi scritto, cioè ch'ardentemente l'amasse. Perch'oltre alle rime, che sono tante, e così infiammate, ne fa ne i suoi colloquij longa scusa con Santo Agostino, confessando il suo errore, e come non solo nel cuore, mà anco col pennello dipinta portaua seco la imagine di lei, & ne scriue al Vescouo Colonna, & ad altri.* Nel colloq. 3. col. 9. Nelle famil. Ep. 20.

Grandemente dunque l'amò, & in vita di lei, che furono anni 21. & dopo morte per fin ch'egli visse, che furono 26. come di poi diremo.

Et fù detto amore senza dubbio casto, e buono, moderatisi gl'appetiti giouanili di lui con la virtù della Donna amata. Talche di quel fuoco ardente vscì vna fiamma così chiara, che tutta due loro fece illustri in vita, & dopo morte con grandissimo honore delle Muse toscane, le quali ha mostro, com'altamente, & santamente (per dir così) possano cantar d'amore senza mescolarui lasciuia alcuna; cosa, che forsi sino a quì alcun'altro Poeta in qualunque altra lingua non ha fatto.

Nel colloq. 3. col. 11. *Mà per tornare alla Storia della sua vita, dico, che tocco dal detto fuoco, & sentendosi ogni di più infiammare, già d'età d'anni 28. per moderare, com'esso scriue, l'affanno, che sentiua, & tornare in libertà, deliberò partirsi d'Auignone, & visitare parte d'Europa, acciochè con la vista di nuoue genti, & paesi desse anco nella sua mente luoco a nuoui pensieri. Et ottenuta buona*
Nelle famil. Ep. 3. col. 4. *licenza da Giouanni Cardinale Colona, & dal Vescouo suo fratello, co'i quali si riteneua, com'è detto, se n'andò a Parigi, & in Fiandra, & poi lungo il Reno per Alemagna vide molte Città, & paesi, & passò per la selua d'Ardenna, e dopo non pochi mesi*
Nelle famil. Ep. 60. *ritornò verso Lione per la via del Rodano; oue giunto intendendo la gita del Vescouo Colonna a Roma, fermatosi in Lione, hebbe lettere da quello, che lo inuitauano a seguitarlo, & giunto a Capranica, iui si fermò col Signor Orso patron del luoco, non assicurandosi d'andar più auanti per esser a quei tempi le strade mal sicure, rispetto alle nimicitie, che erano trà nobili Romani. Mà intesa la sua venuta al detto luoco dalli Signori Colonnesi, il Vescouo medesimo con cento Caualli, & col Signor Steffano suo fratello andò a leuarlo, & saluo lo condusse alle sue Case in Roma, oue dal Signor Steffano padre del Cardinale, & di sei altri figliuoli maschi fù come l'ottauo raccolto, & da tutta Roma honorato per la fama già sparsa della sua virtute.*

Stato alcuni mesi in Roma, desideroso di seguire gl'incominciati studij si risolse tornare in Auignone, & indi si raccolse alla solitudine di Valclusa per star fuori della frequenza della Corte, & non così vicino al fuoco, che sentiua dell'amore di Madonna

Laura, & tutto fece con buona gratia del Cardinale Colonna.

La stanza di Valclusa continuò circa 10. *anni, & con gran frutto nelle lettere, con le quali fece quel luoco famoso, & iui compose, ò cominciò la maggior parte dell'Opere sue, & in prosa, & in verso, & tra l'altre l'Africa con gran lode del nome suo.* Nelle famil. Ep. 116.

Fece ancora di molte rime secondo ch'amore lo sospingeua; di che parlando in vna sua Epistola dice. Flamma cordis erumpente miserabili, sed, ut quidam dicebant, dulci murmure valles, cœlumque complebam. Hinc illa vulgaria iuuenilium laborum meorum cantica, quæ eodem morbo affectis, ut videmus, sunt acceptissima. Nelle famil. Ep. 116.

Era in quel luoco dalli Signori, & amici della Corte alle volte visitato; & alcuni di lontani paesi mossi dalla gloria del nome suo mandarono à posta, & andorno per vederlo, come frà gl'altri fù Pietro Pictauiense Vir insignis, *com'esso dice,* religione, & litteris. *Et gran cosa fù, che in vn giorno medesimo da Parigi dal Cancelliero di quello studio, e da Roma dal Senatore hebbe lettere, che lo inuitauano d'andare à coronarsi Poeta trà loro: parendo à ciascuno di non poco honor alle Città, & Accademie sue, se a persona così virtuosa donassero la corona. Il qual honore ne i tempi buoni da gli antichi poeti fù stimato assai, di poi con la rouina dell'Imperio Romano, & delle lettere era ito in obliuione. Onde parendo che'l Petrarca fusse il primo dopo tant'anni che rinouasse la poesia: per questo l'inuitauano. Il qual inuito à quel tempo fù di grand'honore, ne à lui dispiacque, come quello, che di gloria era vago, e'ne fece quella bella canzone.* Nelle sen. lib. 16. ep 7. Nelle famil. Ep. 52. & 53. Nel 3. colloq. col. 18.

Vna donna più bella assai che'l Sole &c.

Affetto, che facilmente cade ne i belli ingegni, se ben poi il mondo per la goffezza delli Compositori, & la malignità de secoli, hà ridotto quest'honore della corona, com'altre cose buone, in poca stima. Non era così all'hora, & fù il Petrarca il primo, & solo, che dopo tanti anni lo rinouasse in Italia: anzi Boccacio in alcuni versi Latini, che di sotto referirò scusa Dante, se per la maluagità della fortuna del suo essilio fù senza corona. Nel 1. colloq. col 3.

Hora per tornare al proposito egli hauute le lettere stete in dubio, à quale douesse andare per la gran fama dello studio di Parigi, & per la riputatione, & il nome di Roma. Et consigliatosi col suo amoreuole Signore il Cardinale Colonna, si risolse andare à Roma; & stimando molto quell'atto del coronarsi, volle sopra ciò il parere di Roberto Rè di Napoli, il quale à quel tempo era non solo dotto, mà riputato sauissimo, & lo splendore de signori d'Italia. Onde del 1241. imbarcatosi à Marsilia se n'andò à Napoli, oue amoreuolmente fù raccolto da quel Magnifico Rè, il quale non solo vn giorno, mà tre continui fù con M. Francesco, & vdì li versi suoi, di che sopra modo rimase contento, pregandolo à voler pigliare la corona per sua mano in Napoli, della qual cosa si escusò il Petrarca, per la risolutione già fatta di Roma. Onde il Rè volse, che gli promettesse d'intitolarli i Versi dell'Africa, della quale già gran parte hauea scritto, & per la quale il Mondo lo stimaua tanto. Il che promise, & attese dipoi, ancora che prima quel buon Rè morisse. Mà era il Petrarca più della virtute, che della fortuna de gl'huomini amatore, & però non si dimenticò la promessa. Sul partire suo da Napoli il Rè gli disse, che se così vecchio stato non fosse, gli hauria volontieri fatto compagnia, per trouarsi a quella festa in Roma. Mà poi ch'andare non vi poteua vi mandò alcuni personaggi, & scrisse in raccommandatione di M. Francesco al Senatore di Roma, & a quei Signori con largo testimonio della sua virtute. Giunto in Roma il Petrarca essendo Senatore il Signor Orso dall'Anguillara suo amoreuolissimo, & conoscente, & douendo tosto finire il Magistrato, per coronarlo di sua mano si ordinò, che nelle feste della Pasqua di Resurrettione, che venne alli 8. d'Aprile del detto anno 1341. si facesse la coronatione, della qual vista tutta Roma era desiderosa. Onde con gran concorso, & allegrezza si fece in Campidoglio, di che esso scriue in più luochi, & ne i versi Latini, & nelle prose. Dopo che portò, ò mandò quella corona a S. Pietro, la quale iui fù conseruata molti anni.

Nell'epistole in versi, & nelle famil. à 54. 56. & a'troue.

Nelle famil. ep. 54. & 56.

Questa cosa à M. Francesco portò gloria, & inuidia, la qual

sempre

sempre nelle cose virtuose si mescola volontieri, & esso lo ricorda dicendo. Hæc Laurea hoc mihi præstit, ut noscerer, ac vexarer, *& altroue.* Hæc Laurea scientiæ nihil, inuidiæ verò mihi quæsiuit. *La qual inuidia, ò malignità più tosto sino alli nostri giorni hà steso le radici. Imperoche non hà molti anni, che fù data alla stampa vna lettera sotto nome di Senuccio del Bene amicissimo del Petrarca, scritta al Signor di Verona della detta incoronatione piena di tante ineptie, & cose indegne, & impertinenti, ch'è vna vergogna. Et per questa facilità, & licenza delle stampe cresciuta hoggidi tanto, non solo la detta lettera hò veduto, mà delle altre ancora sotto nome d'antichi Autori, come Dante, M. Cino, & altri publicate solo per far carico ò a Signori, ò a priuati con scorno di questo secolo, che cose tali, & peggiori comporta. Ne fù così accorto l'Inuentore di quella fauola, che s'auedesse, che non s'accorda il suo tempo della festa con quello, che ne scriue il Petrarca medesimo, facendola esso far di Maggio il giorno dell'Ascenso, doue che fù d'Aprile, com'è detto. Ne s'auide anco, dicendo, che perciò fù data la Piene d'Arquato al Petrarca, ch'esso non hebbe, ne volle mai beneficij curati, come si dirà di sotto. Et lo stile pur troppo senza parlarne più mostra, ch'è farina di questo tempo, & non di quello del Petrarca, come facilmente giudicarà chi hà qualche prattica delle scritture antiche. Queste cose hò voluto dire per lo stomaco, che mi fa la vana, & sciocca malignità di simili presuntuosi.*

Nelle sen. lib. 17. Ep. 2. col. pen. ad post.

Et tornando alle cose di sopra, dico, che honorato della corona il Petrarca in Roma, se ne passò in Lombardia, oue da tutti quei Signori era amato grandemente, & gionto à Parma signoreggiata allhora da quelli da Correggio, & oue esso era Archidiacono, fù dalli detti Signori ritenuto, & ridottosi secondo l'vso suo a vna solitudine in luoco detto Selua Piana sopra il fiume Lenza, tornò all'opera della sua Africa, & alli altri studij.

Nelle famil. ep. 57.

Qui non voglio tacere vna cosa assai notabile, ch'egli scriue esserli in questa dimora auuenuto, & ciò fù, ch'essendo nel tempo ch'egli prese la corona a Roma, il Vescouo Colonna suo carissimo

Nelle famil. ep. 74.

Signo-

Signore andato alla visita della sua Chiesa Lumberiense in Guascogna iui se ne morì, & in quel tempo apunto, che'l Petrarca era ito à Parma, & dice, che in quella notte medesima lo vide in sogno venire a se solo, & in fretta, & domandatolo, oue andaua, & perche così solo, rispose ridendo, son partito di Guascogna, & vado à Roma, & dicendoli il Petrarca di volerli far compagnia, disse mezo turbato, và, che non ti voglio hora per compagno, al qual atto scriue, che si auuide ch'era morto, & hebbe tanto dolore, che si suegliò, & di li à 25. giorni sopragiunse l'auiso della morte, & fatto il conto del tempo, trouò, ch'era stato quel giorno medesimo, che gli apparue: cosa certo notabile; & dopo alcuni mesi fù trouato trà le scritture del Vescouo, & mandato il Petrarca vn sonetto, il quale gli scriueua, allegrandosi della sua coronatione in Roma; & ne fece particolar ricordo, & rispose à lui così morto, com'era, & tuttadua sono stampati.

Nelle famil. ep. 61.

Mentre il Petrarca in Lombardia dimoraua passò Carlo Imperatore in Italia, & giunto a Mantoua lo mandò à chiamare da Milano, oue era a quel tempo, & fecegli grandissima accoglienza.

Ep. 43. dopo le sen.

Dipoi il Petrarca tornò ad Auignone, & al solito ricetto di Valclusa; oue scrisse, come si vede quei tre colloquij fatti con Santo Agostino, che fù del 1343. nel qual tempo essendo morto il Rè Roberto à Napoli, & successali la Nipote detta Gioanna, Papa Clemente VI. ch'era in Auignone, mandò il Petrarca à Napoli per alcune facende, & per visitare la Regina già moglie al Rè defonto. Et indi per la via di Roma visitato il Signor Steffano Colonna ritornò in Auignone, & all'otio de i suoi studij.

Nelle sen. lib. 2 Ep. 1. col. 1. & nel lib. 3. ep. 7 & nelle fam. epist. 70. 72. & nell'ep. in versi, nel lib. 2. ad Barbatũ, & Rainaldum.

In questo mezo più volte fù inuitato con lettere dal Signor Giacomo da Carrara Signore à quel tempo di Padoua à voler transferirsi à lui, che lo desideraua grandemente; & in guisa lo stimolò, che'l Petrarca si deliberò sodisfarlo, & così passò in Lombardia, & à Padoua del 1347. scriuendo esso, che fù due anni auanti la morte del detto Signore, il quale, come nota il Corio fù vcciso del 1349. Dal qual Signore fù accarezzato, & honorato, & perche più volontieri seco si ritenesse lo fece creare Canonico di Padoua.

Nell'ep. alla posterità.
Nelle dopo sen. ep. 23.

In

In questo tempo sopravenne l'anno 1348. *che portò gran calamità per la peste vniuersale, che corse quasi tutto il Mondo, come descriue il Boccaccio nel principio del suo Decamerone; & quell'anno medesimo in Auignone morì Madonna Laura tanto da lui amata, & celebrata, di che fà ricordo nell'epistola riferita di sopra.* Laura propriis virtutibus illustris &c. *Dicendo, che hebbe la nuoua in Italia, & à Verona, oue à quel tempo per caso si ritrouaua, & fù sepolta, come in detta epistola scriue, alla Chiesa de Frati Minori in Auignone, & così in effetto si ritrouò gli anni passati al tempo di Papa Clemente VII. aprendosi à caso quell' Arca, ne sapendosi di chi fosse, nella quale tra quell' ossa trouorno vna cassetta di piombo con vn sonetto dentro scritto in carta pecora, che diceua così. Qui giaccion quelle caste &c. Et fù composto da qualche giouane di quel tempo, che lo volle con essa sepelire per la fama grande, ch' haueua, & io l'hò veduto nella sacrestia delli detti Frati in Auignone. Et senza questo M. Benuenuto da Imola, che fù à i tempi del Petrarca, & commentò le sue egloghe lo dice chiaramente nell' egloga* 11. *sopra quei versi.* Qua nodosis impexa capistris colla Boum &c. *Di che hò fatto ricordo, perche si sappia certo, oue morì, & fù sepolta Madonna Laura, acciò ch' altri non s' imagini riporla in Lilla, ò Cauaglione, com' hanno fatto alcuni.*

Stete il detto anno del 48. *& il seguente il Petrarca in Lombardia fino alla morte del predetto Signor Giacomo, che seguì del* 49. *per dispiacere della quale si partì da Padoua, & d' Italia, ancora, che dal Signor Francesco figliuolo, & herede del morto fosse cortesemente inuitato à restar seco, & tornossi à Valclusa.* Nell' ep. alla posterità.

Mà già non solo Madonna Laura, mà anco il Cardinale Colonna, & molti altri amici suoi erano morti. Perilche la piaceuolezza, che soleua prendere della vista d' Auignone, & di quella Valle cominciò ad esserli non grata, anzi noiosa, & dice egli. Quicquid dulce erat uno naufragio amisimus, quodque sine suspirio dici nequi virentissima olim Laurus mea vi repentinæ tempestatis exaruit, quæ una mihi, non mo- Nelle famil. ep. 116.

do

do Sorgiam, sed Ruentiam Ticino fecerat cariorem. Velum quo oculi mei obtegebantur ablatum est.

Soprauenne l'anno 1350. nel quale fù il gran Iubileo à Roma; onde per diuotione il Petrarca andò à Roma, così caro al Signor Steffano Colonna già vecchissimo, come se li fosse stato figliolo, & seco quel buon Signore si dolse della morte delli figlioli, à quali tutti era soprauissuto, & disseli, che ciò hauea molto inanzi preuisto.

Nelle famil. ep. 114.

Indi partito fece la via d'Arezzo, et fù in quella Città honoratissimo da tutti, et gli mostrarono la Casa, doue era nato, dicendogli, che per amor suo voleuano, che in quello stato si conseruasse.

Nelle sen. lib. 12. ep. 3.

Ritornò in Auignone, et per quel che si vede chiamato dal Papa; dolendosi in molti luochi di quella stanza, et della sua occupatione.

Nelle dopo famil. ep. 10. c. 13.

Scrisse à Valclusa li quattro libri di Inuettiue contra il Medico, nel tempo, che Innocentio VI. successe a Clemente VI. che fù del 1352. Et finalmente satio della stanza di Prouenza, si deliberò quel resto di vita, che gli auanzaua, farla in Lombardia, oue da tutti li Signori era honorato, et desiderato, et massime dalli Visconti.

Nelle Inuettiue lib. 4 c 4.

Et per questo lasciata la Corte d'Auignone si ridusse à Milano, viuendo ancora il Signor Giouanni Visconti Arciuescouo di Milano, et tanto potente Signore in Italia, dal quale fù accarezzato, et adoperato, mandandolo a Vinetia al tempo del Serenissimo Andrea Dandolo, per comporre la pace trà quella Signoria, et Genouesi, che guerra crudele faceuano insieme. Et dopo la morte dell'Arciuescouo, che fù del 1354. d'Ottobre, continuò la stanza con li Nipoti, et successori suoi, che furono Matteo, Barnabò, et Galeazzo.

Scriue il Petrarca al Boccaccio, che stete in Milano dieci anni, de quali in Santo Ambrogio ne fece cinque continui. Et fù di tanta gratia appresso tutti li Signori di quei luochi, che per inimici che fossero insieme da tutti era ben visto.

Nelle sen. lib. 1. ep. 5. col. 5.

Scriue esso, che douendo da Pauia partir per Vinetia, & volendosi imbarcare per far il viaggio per Pò, fù molto disconsigliato à non mettersi à tal rischio, essendo à quel tempo ogni cosa piena d'arme, & le riue del Pò ad ogni passo secondo la diuersità de i Signori guardate. Tuttauia confidato nell' innocentia, & buon' animo suo volse andare, & dice, che da tutti fù accarezzato, & che li diceuano, ch'altri, ch'esso non saria stato lasciato passare: di maniera che a Vinetia giunse non solo saluo, co' i suoi, mà carico di presenti riceuuti. Nelle sen. lib. 11. alla 1. & 2. ep.

Quanto dalli Signori Vinitiani fosse amato, oltre l'altre cose, che si leggono, gran segno ne fa lo hauergli per decreto publico, com' anco ne i libri de i Signori appare, concesso vna casa commoda per sua habitatione; & ne i spettacoli solenni, che si fecero in piazza di S. Marco per la ricuperatione di Candia del 1364. in presentia di tutto il Popolo, & di molti Signori il Serenissimo Lorenzo Celso allhora Principe, volle che sedesse à sua man destra. Talche da tutti, & per tutto fù sempre honorato. Nelle sen. lib. 2. ep. 3. Nelle sen. lib. 4. ep. 3.

Piacque à Bernabò Visconti, che trà gl' altri Signori al Battesmo di Marcò suo primogenito il Petrarca fosse compare, di che se ne vede vna sua epistola in versi; & Galeazzo Visconti alle nozze, che fece di Violante sua figliola in Lionello Duca di Clarenza, & figliolo del Rè d'Inghilterra, che furono magnificentissime, volle, che M. Francesco si trouasse, & à tauola cò quei Signori sedesse per honorare la sposa, chiamatolo da Padoua, oue allhora già vecchio s'era ridutto. Nel 3. lib. delle ep. Nell' historie del Corio.

Dimorò, com'è detto tornato di Prouenza circa dieci anni a Milano, & luochi vicini, come Pauia, & altri, andando alle volte a Vinetia, & a Padoua, secondo l'occorrenze. Dipoi sentendosi inuecchiare, & desiderando otio al corpo, et alla mente, per pascere più l'anima, ch'i sensi, volle ridursi a Vinetia, vedendo tuttauia, continuare le guerre in Lombardia, senza speranza di pace.

In Vinetia hauea, com'è detto casa, et a Padoua vn Canonicato, et dall'vno all'altro luoco andaua senza discommodo, et pia- Nelle sen. lib. 13. ep. 8.

ceuali starsi alle volte in Arquato Villa sù i colli di Padoua, oue s'haueua a suo gusto fabricata vna Casa per godere la solitudine conforme al desiderio suo naturale; & buona parte del tempo staua in Vinetia, & continuò quella vita sino a tanto, che trà li Signori Vinitiani, & il Signor Francesco da Carrara si ruppe la guerra; al qual tempo parue al Petrarca per torre ogni sospetto, che qualche maligno hauesse potuto pigliare di ridursi ad Arquato, & seruire, come poteua alle volte al suo Canonicato in Padoua, & ancora, che in quel tempo Vrbano VI. passasse d'Auignone à Roma, & inuitasse con grandissima instanza il Petrarca ad esser seco, non per affaticarlo, come scriueua, mà solo per honorarne la Corte, & trattarlo bene: nientedimeno essendo già vecchio, & mal sano non si partì, & ne fece scusa col Papa, attendendo tuttauia alle lettere sacre, & à morire, come diceua in Porto, essendo visso in tempesta. Et così tra suoi santi pensieri, & con gli amici suoi cari, ch'alle volte lo visitauano in Arquato, tra quali era il Signor medesimo di Padoua, andaua verso la fine, sentendo ogni dì il corpo più fiacco, & dalle malatie, com'esso dice assediato, che tanto più di strano gli sapeua, quanto che sino all'età di 64. anni era visso sanissimo; dal qual tempo la vista indebolì, & spesso fù da febri, & dolori molestato, & da certi accidenti, che lo teneuano molte hore morto, spetie di morbo comitiale. Et scriue esso, che vna volta trà l'altre quel male in Ferrara lo assalì in Casa d'vn'amico suo, et per 30. hore lo tenne, come morto affatto, et per tale fù riputato, et publicato. Et à questo termine condotto eregaua GIESV Christo benedetto, che li desse il Purgatorio in questa vita, et pigliaua ogni cosa in pace. Et fatto il suo testamento da vero, et humile christiano, com'anco si vede, presi gl'ordini della Santa Chiesa, essendo aggrauato di febre nella detta Villa d'Arquato trà persone a lui care, et amoreuoli alli 18. di Luglio 1374. due giorni auanti il suo natale rese l'anima a Dio di età apunto di 70. anni, alla cui sepoltura si mosse tutto il Clero, et lo studio di Padoua, et il Signor medesimo della Città, com anco si vede notato in vn libro vecchio della sa-

Nelle sen. lib. 13. ep. 8.

Nelle sen. lib. 11. 1. & 2. ep.

Nelle sen lib. 3. ep. 7. & lib. 9. ep. 2. lib. 13. ep. 9. & lib 1[illegible] ep 14. & lib. 11. all'vlt.

la sacrestia di detta Chiesa, et con honoreuoli funerali lo sepelirono a quella Chiesiola vicina della Villa, mà non così humilmente, come hauea ordinato. Imperoche Francesco da Borsano suo herede, et genero, come di sotto diremo, gli procurò vna bell'Arca di pietra sù quattro colonne, come hoggidi si vede in mezo quel Cimiterio, et gli fece intagliare questo epitafio.

Frigida Francisci tegit hic lapis ossa Petrarcæ
Suscipe Virgo parens animam, sate Virgine parce,
Fessaque iam terris, Cœli requiescat in arce.

con queste altre parole da basso.

Francisco Petrarcæ Laureato Franciscus de Brosano Mediolanensis, Gener, indiuidua conuersatione, amore, propinquitate, & successione, Memoria. Moritur anno Domini 1374. die 18. Iulij.

Et è anco quel luoco visitato assai per memoria di lui, accioche come in vita, et morte, così ancora dopo se li faccia honore, et meritamente, poiche in esso concorsero tanta bontade, & virtuti.

Questo fù il corso della vita sua, il che per auentura bastarebbe a molti, che della semplice historia s'appagano. Mà perche come di sopra dissi, non si cerca l'historia solo della vita sua; mà di vedere anco, come in vn chiaro specchio la imagine di molte, & singolari virtuti, che in lui risplendettero; però per significarle, come meglio potrò, quasi di nuouo ripigliando da capo il tempo della vita sua dico.

*Che nato, com'hò riferito, di buon padre in buona famiglia, hebbe due fratelli, a quali fù maggiore. L'vno morì fanciullo, viuendo anco il padre, l'altro sopraui*ß*e, & si chiamò Gherardo, co'l quale s'alleuò, & visse amoreuolmente, & scriueuano versi insieme, com'esso ricorda.*

Nelle famil. ep. 12 in fine, & nelle dopo sen. ep. 47. Nelle sen lib. 15 ep. 5. & 6. Nelle dopo sen. ep. 29.

Dapoi in processo di tempo il detto Gherardo si fece Monaco nella Certosa di Marsilia, oue lungamente visse, & morì alla fine, & leggonsi lettere del Petrarca molto pie a lui scritte, per amor del quale compose l'opra de Otio Religiosorum. *Andaualo alle volte à visitare, & nella sua fine di lui si ricordò, come si*

vede nel testamento. La Madre, che si chiamaua, com'hò detto Eletta, morì di 38. anni, essendo il Petrarca giouane, & com'esso dice nel biuio trà le virtuti, & il vitio, si com'hò trouato in vn libro antico in 38. versi Latini composti da lui in memoria della Madre, & del nome di lei, i quali saranno scritti nel fine di questa historia. Il Padre morì dapoi, essendo il Petrarca in studio a Bologna, com'è detto. La robba, ch'egli lasciò era atta à sostentar lui, & il fratello, per quanto scriue, se dalli Commissarij lasciati dal Padre non era mal condotta.

Nelle dopo sen. ep. 29.

Hebbe anco già fatto huomo vna figliola, che acquistò, com'alcuni hanno detto a Milano, di Madre non vile. Era fresco, & gratioso, & fauorito per tutto, & di natura amoreuole, & però gran fatto non fù, che trabboccasse in simile rete. Mà fatto l'errore lo emendò, co'l far bene alleuare la figliola, la quale nominò Francesca, & maritolla dipoi in vn giouane Milanese detto Francesco ancor esso, figliolo di buon padre, & per le sue buone parti molto caro al Petrarca, co'l quale si ratenne assai, & dopò, che fù suo genero non l'abbandonò mai, & fù suo erede, come si vede. Di quella figliola, et di Francesco vide il Petrarcha vn nipotino, che pur si nominò Francesco, il quale visse 28. mesi, & poi morì a Pauia, oue si trouauano a quel tempo. Lo fece sepelire con vn epitafio di 12. versi Latini, che sono questi.

Nelle sen. lib. 10. ep 4.

Vix mundi nouus hospes eram, vitæque volantis
  Attigeram tenero limina dura pede.
Franciscus genitor, genitrix Francisca, secutus
  Hos de fonte sacro nomen idem tenui.
Infans formosus, solamen dulce parentum,
  Nunc dolor, hoc vno sors mea læta minus.
Cœtera sum felix, & veræ gaudia vitæ
  Nactus, & æternæ tam citò, tam facilè.
Sol bis, Luna quater flexum peragrauerat orbem,
  Obuia mors, fallor, obuia vita fuit.
Me Venetum Terris dedit Vrbs, rapuitque Papia,
  Nec queror, hinc cœlo restituendus eram.

Alle quai cose, s'alcuni, che la sua vita hanno voluto scriuere, hauessero atteso, non haurebbono detto, che fù figliuolo del Petrarca, & quasi infamatolo d'incontinenza, sendo già vecchio; perche molti anni prima, come diremo, hauea per simil conto rese l'armi al Tempio.

Mà tornando alla sua prima età, fù sano per natura, & di complessione sanguigna, & di colore trà il bianco, & il bruno con occhio viuace. La vista lo seruì benissimo sino a 60. anni passati, dipoi ricorse a gli occhiali. Non era di forze molte, mà destro a saltare, & veloce nel corso, & calido per natura; & però haueua la estate per nimica, & massime il Settembre. Mangiaua frutti, & herbe volontieri, & nella sua giouentù beue sempre aqua, & inuecchiando vsò il vino temperatamente serbando in costume la sera di bere acqua, la quale dice esso, che gli toglieua ogni fastidio, che sentisse nello stomaco.

Ad posteritatem ep. lib 18 senil. e nel lib. 12. delle sen. ep. 1. col. 8. Nelle sen. lib. 11. ep. 1. e 2. & nelle dopo sen. ep. 23. Nelle famil. ep. 117.

Del mangiar carne non fù molto amico, anzi soleua dire, che se GIESV Christo Signor nostro non hauesse mangiato carne, & beuuto vino, ch'esso gustato non n'haurebbe. Non volentieri si trouaua a conuiti Magnifici, & rare volte si leuaua da tauola c'hauesse satiata la fame.

Nelle sen. lib. 12. ep. 9. col. 13. & lib. 15. ep. 3. col. 3. Nelle sen. lib. 12. ep. 1. col. 9

Digiunaua tutta la Quaresima, & le Vigilie, & ogni Venerdì faceua il digiuno in pane, & in acqua, & così continuò sino alla vecchiezza.

Nelle dopo sen. ep. 29. & nel libr. 3. in versi epist. ad amicum Trāsalpinum.

Giouanetto si dilettò d'andar polito, & pettinato, & vsaua lo specchio. Sonaua di Lauto, & l'vsò sino alla vecchiezza, & ne fà mentione nel suo Testamento.

Nelle sen. lib. 11. ep. 5 nelle fam. ep. 25.

Fù molto stimolato dalla carne, et per lo gran dispiacere, che ne sentiua, alle volte desideraua esser di pietra. Si tenne quanto puote, et fecesi, che giunto presso alli quarant'anni visse castissimo. Cum adhuc satis haberet caloris, & virium, *com'esso scriue.*

Nel colloq. 2. col. 11. Nelle sen. lib. 12. ad poster. Nelle sen. lib. 8. ep 1. & nelle fam. ep. 98.

Leuauasi ordinariamente a mezza notte, et diceua il Matutino, et poi si daua alli studi; ch'erano, come scriue le sue hore migliori. Et per questo vsaua tenere tutta la notte il lume acceso.

& nelle senil. lib. 9. alla 2. & lib. 11. alla 3. Nelle famil. ep. 72.

Co-

Nelle sen. lib. 5. ep. 3.
Nelle famil. ep. 89. col. 4.
Nel colloq. 2. col. 10.

Cominciò di 25. anni ad esser canuto, & due volte l'anno, cioè di Primauera, & d'Autunno si trabeua sangue. Era inclinato all'ira, & allo sdegno; le quali cose a lui, & non ad altri noceuano: imperoche nissuno offendeua, & tosto si mitigaua.

De vita solit. tract. 8. & à c. 3.
Nelle sen. lib. 17. ep. 2.

Fù verso gl'amici, & altri molto benigno, & non mancò accommodarli quando puote di danari, & fauori, come diremo del Boccaccio, & altri; & teneuali la Casa aperta, & mal volentieri, & rade volte mangiaua solo. Amaua la solitudine più che la frequenza, & per questo fuggiua le Corti, nelle quali dice, che non stette mai per accommodarsi à Signori, mà quelli più tosto a lui s'accommodauano.

Nelle famil. ep. 62.
Nelle dopo senil. ep. 49.
Nelle sen. lib. 13. epist. 8.

L'entrate sue non si vede apunto come fossero, mà però si conosce, che puote con esse viuere ne termini della modestia honoratamente; perche teneua famiglia assai, & caualcature, ancora che la frequenza de seruitori molto non gli piacesse, & tra quelli erano la maggior parte scrittori; di che a quel tempo a pari suoi era gran bisogno, non hauendosi la stampa.

Nelle famil. ep 60.
Nelle sen. lib. 12. ep. 1. col. 8

Trouo che fù Canonico Lomberiense, che forse fù il primo beneficio c'hauesse, datoli dal suo amato Vescouo Colonna. Fù etiandio Archidiacono, & Canonico di Parma, & di Padoua Canonico similmente. Altre cose hebbe, di che non sò il nome. M. Bartolomeo da Beneuento, huomo di molte lettere, & pratico, hà detto hauer letto scritture, per le quali si vede, come il Petrarca hebbe la Badia di Gauello, detta altramente da Canalnouo, nella diocese d'Adria, ch'è nelli confini di Ferrara, & del Vinitiano su'l Pò, & è hoggidì beneficio c'hà d'entrata circa scudi 1200.

Ep. 2. del 1. delle sen.
Nelle sen. lib. 9 Ep. 2. lib. 11 ep. 3. lib. 13. ep. 12. & 13. & ep. 2. col. 8.
Nelle dopo sen. ep. 49 cōtra gallū c. 5.

Scriue esso, che Papa Innocentio, che lo voleua per secretario, gli conferì due beneficij, & più ne prometteua. Egli in molti luochi dice contentarsi dello stato suo, & di poter viuere modestamente. Chiara cosa è, che mai non volle beneficij curati, & per questo ricusò d'esser Vescouo, essendoli più d'vna volta offerto di farlo. La qual cosa offendeua, come dice, gl'amici; anzi facendoli scriuere Papa Vrbano, che voleua in ogni modo accrescerli l'entrata, rispose, ringratiando, & non ricusando l'offerta,

purche

purche non fossero benefitij curati, de quali nissuno voleua, parendoli assai il render conto à Dio benedetto dell'anima sua, non che di quella d'altri.

Viueua, & staua semplicemente, & massime nelle solitudini, & diceua per Tapeti fini bastarli la paglia monda, cioè le stuore; & dal testamento, che fece chiaramente si comprende, com'esso dice, che molti danari, & robba non auanzaua. Nelle sen. lib. 8. ep. 2.

Vedesi per le sue epistole, ch'à gli amici non mancaua d'aiutarli, & soccorrerli, come tra gli altri fù M. Giouanni Boccaccio, il quale parendoli d'esserli molto debitore, fece scusa seco; à che il Petrarca rispondendo non sapere d'esser con lui creditore, se non d'amore, & però, che lasci questo pensiero. Nelle sen. lib. 1. ep. 5. al fine.

Non voglio qui tacere, che Monsignor Reuerendissimo M. Pietro Bembo mi disse vna volta in Padoua hauer inteso dal Clarissimo M. Bernardo suo Padre, il qual riferiua, ch'essendo giouanetto andò con alcuni altri à spasso in Arquato, oue trouò vn Contadino di quel paese vecchissimo, co'l quale parlando del Petrarca, che in quella Villa era morto, & sepolto, il vecchio disse, che nella sua pueritia lo hauea più volte veduto, & che di verno portaua vna pelliccia di buone fodere dentro, mà di fuora scoperta, com'anco hoggidì vsano molti oltramontani; il che forse faceua, ò per l'vsanza, ò perche fosse men greue. Et diceua, il contadino, che in molti luochi di quel cuoio era scritto variamente, cosa, che facilissimamente credo, per hauer veduto scritture di mano del Petrarca fatte etiandio in pezzi di carta straccia, mouendosi à scriuere repentinamente secondo che l'animo lo sospingeua, & seruendosi di qualunque materia se gli parasse dauanti, uso quasi commune à tutti li poeti.

Questo hò voluto qui dire più per segno della modestia sua, che per altro; essendo chiarissimo, che d'auaritia non può esser notato, perche da tal vitio fù lontanissimo.

Hebbe molti amici, de quali nissuno perse mai, se morte non gli lo tolse. Frà gli priuati grandemente amò Socrate, & Lelio. Questi furono due giouani familiari delli Signori Colonnesi, co'i Nelle sen. lib. 1. ep. 3.

quali

Nelle sen lib. 3 ep. 1.

quali visse sempre domesticamente, & erano partecipi del cuor suo, come di sopra di Socrate hò detto. Lelio era Romano, & vissero amici 34. anni.

Nelle famil. ep. 58.

Tomaso da Messina gli fù molto caro, erano d'vna età, & haueuano studiato insieme a Bologna, & sempre s'amarono carissimamente; & esso dice, una ætas, idem animus. *Soggiongendo, che quando hebbe la nuoua della morte di Tomaso lo prese la febre, che fù per torgli la vita.*

Nelle sen. lib. 1. ep. 3.

Simodi, à chi molte epistole scriue, fù nome finto. Domandauasi Francesco di Santo Apostolo Fiorentino, & suo caro amico. Similmente Fiorentino fù Senuccio del Bene, del quale & nelle rime, & nelle prose fà dolce memoria.

Nelle famil. ep. 107.

Franceschino era altresi Fiorentino, & suo parente, & l'amò grandemente, & dolendosi della sua perdita, prega a Sauona, ou'era morto male & bene.

Mà per non empire il libro de gli amici suoi, che furono molti; dirò solo di M. Giouanni Boccaccio, il quale per la sua virtute amò assai, come mostrano le molte epistole scritte à lui.

Nelle sen. lib. . . ep. 1. Nelle sen. lib. 1. ep. 5. in fine

Andò il Boccaccio a trouarlo in Vinetia del 364. & stette secò tre mesi per goderlo, & tra loro co'l tempo passarono molte amoreuolezze, non mancando il Petrarca, com'è detto, soccorrerlo ne i suoi bisogni, doue poteua, inuitandolo à viuere seco, per far i beni loro, come gli animi communi. Et all'incontro il Boccaccio non mancò seco d'ogni segno d'amore, come tra gli altri furono tutte l'opere di Santo Agostino, di che il Petrarca si dilettaua, le quali gli mandò a donare ligate in vn volume, & scritte di lettera antica. Onde M. Francesco fece gran festa, & scriue non hauer mai veduto libro maggiore.

Nelle dopo sen. ep. 24.

Gli mandò anco à donare la Comedia di Dante scritta bene con li sottoscritti versi Latini.

Illustri Viro D. Francisco Petrarcæ Laureato.

ITaliæ iam certus honos, cui tempora lauro
Romulei cinxere duces, hoc suscipe gratum

Dan-

Dantis opus, vulgo quo nunquam doctius ullis
Ante reor ſimili compactum carmine ſæclis.
Nec tibi ſit durum verſus vidiſſe Poetæ
Exulis, ex patrio tantum ſermone ſonoros,
Frondibus ac nullis redimiti crimine iniquæ
Fortunæ. Hoc etenim exilium potuiſſe futuris
Quid metrum vulgare queat monſtrare modernum
Cauſa fuit Vati; non quod perſæpè frementes
Inuidia dixere truces, quòd neſcius olim
Egerit hoc author. nouiſti [forſan, & ipſe,]
Traxerit ut iuuenem Phæbus per celſa niuoſi
Cyrrheos, medioſque ſinus, tacitoſque receſſus
Naturæ, cœliq; vias, terræq; mariſq;
Aonios fontes, Parnaſſi culmen, & antra
Iulia, Pariſeos dudum, extremoſq; Britannos.
Hinc illi egregium ſacro moderamine virtus
Theologi, Vatiſq; dedit, ſimul atq; Sophiæ
Agnomen, factuſq; eſt magnæ gloria gentis
Altera florigenum. meritis tamen improba lauris
Mos properata nimis vetuit vincire capillos.
Inſuper, & coram ſi nudas ire Camœnas
Fortè putas primo intuitu; ſi clauſtra Plutonis
Mente quidem reſeres, amnem, montemq; ſuperbũ,
Atq; Iouis ſolium ſacris veſtirier umbris,
Sublimes ſenſus cernes, & vertice Niſae
Plectra mouere Dei muſas, ac ordine miro
Cuncta trahi, diceſq; libens, erit alter ab illo,
Quem laudas, meritoq; colis per ſæcula Dantes,
Quem genuit grandis vatum Florentia mater,
Et veneratur ouans, nomen celebriſq; per Vrbes
Ingentes fert grande ſuum, duce nomine nati.
Hunc oro mi chare nimis, ſpeſq; unica noſtrum
Ingenio quamquam valeas, cœloſq; penetres,
Nec Latium ſolum fama, ſed ſidera pulſes,

Conciuem, doctumq; satis, pariterq; poetam
Suscipe, iunge tuis, lauda, cole, perlege. Nam si
Feceris hoc, magnis & te decorabis, & illum
Laudibus. O nostræ eximium decus Vrbis, & Orbis.

Ne de gli amici priuati, ch'amassero il Petrarca, furono manco li Signori & Principi, & in Italia, & fuori. Tale gratia li daua la sua virtute.

Nelle senil. al 1. lib. ep. 2. & 4. nel lib. 13. ep. 8. & 14. & nel lib 11. ep. 1. & 2. Et lib. 15 ep. 2. & nel libr. de ignor. sui col. 5. contra Gallum co. 7.

Papa Benedetto XI. Clemente VI. Innocentio VI. & Vrbano V. lo desiderauano hauer appresso, & con honorate conditioni, & fatto già vecchio, non mancò Papa Gregorio XI. pregarlo instantemente à voler esser seco, preparando la sua venuta in Italia con la Corte à Roma, come fece.

Nelle dopo sen. ep. 43.

Ludouico, & Carlo Imperatori ne fecero grandissima stima, & lo chiamarono più volte à se in Germania, & prezzarono il suo giudicio, come si vede dalle lettere, che à loro scriueua.

Nel lib. de ignor. col 6. Nel 1. delle sen. ep. 2.

Giouanni II. Rè di Francia, che visse al tempo di Papa Innocentio VI. lo richiese anco esso a quel tempo apunto, che Papa Innocentio per secretario lo domandaua; di che si duole, & scusa con vn amico suo.

Da Roberto Rè di Napoli quanto fosse accarezzato, di sopra n'hauemo tocco, & molte delle scritture sue ne fanno testimonio.

Nelle ep. dopo le se. alla 6.

Similmente s'è mostrato il conto, che ne fecero i Signori Vinetiani, & gli Visconti; ne per questo a gli altri Signori d'Italia fù men caro, & trà gli altri alla Republica di Fiorenza sua honorata patria, la quale da se per honorarlo, & non priuarsi di si raro Cittadino gli restituì li beni paterni già confiscati tanti anni, & lui inuitò honoratamente à ripatriare, & mandaronli per M. Giouanni Boccaccio suo amicissimo la gratia sino à Vinetia; & si vede anco la risposta, che M. Francesco li fece.

Nelle sen. lib. 13. ep. 1.

Li Signori da Este Marchesi di Ferrara furono suoi amoreuolissimi, et a loro non solo lettere, mà libri di grandi opere hà scritto.

Fù alli Signori da Correggio carissimo, et dalli giouani di loro come padre amato, di che fanno testimonio le lettere, che à loro

ro scritte hò veduto di mano del medesimo Petrarca.

Li Signori dalla Scala, & da Gonzaga sempre lo videro volentieri, & hebbero caro.

Similmente li Signori Malatesti, il primo de quali, ch'era il Signor Pandolfo a quel tempo, lo volle non solo visitare in Milano, mà anco farlo due volte ritrare, & portarsene la sua imagine, & più volte l'inuitò a viuer seco, & da lui hebbe vna copia del libro delle Canzoni, et sonetti suoi, di che si dilettaua. Nelle sen. lib. 1. ep. 6. & nel lib. 13. all'ep. 10. & 11.

Fù etiandio di grande auttorità con il popolo Romano, et Cola Rentio Tribuno.

Delli Signori Colonnesi non accade dir molto, ch'esso, et in rima, et in prosa ne fà buon testimonio, et dice in vna epistola già vecchio parlando della Casa Colonna. Quam dilexi, & diligam, dum me diligam: *imperoche fù non solo dal Vescouo, mà dal Cardinale amato come fratello, et dal Signor Stefano lor Padre come figliolo tenuto. Et riferisce trà l'altre cose, che ritrouandosi in Auignone ancora giouane, et in Casa del Cardinale Colonna, occorse, che per alcuno bisogno il Cardinale volle parlare à tutti li suoi di Casa, et fattoli chiamare daua ad vno per vno il giuramento di dirli il vero; dal qual atto non assolse anco il Signor Agabito suo fratello Vescouo di Luna: et così giurando tutti, quando il Petrarca porse la mano per metterla su'l libro, che'l Cardinale teneua, esso lo ritirò dicendo, di questo basta la parola sola, et non accade giuramento, facendoli tal honore in presenza della famiglia tutta.* Nelle famil. ep. 39. Nelle sen. lib. 15. ep. 1.

Fù com'è detto caro alli Signori, et alli priuati, et non già perche gli fusse adulatore, essendo nimico alle cose mal fate, et riprendendole senza rispetto, di che fanno fede tante sue compositioni, et massime le epistole scritte à Papi, et Prelati. Per il che alcuni maligni, et vitiosi male lo comportauano, et vn Cardinale trà gl'altri per nuocerli, se poteua, et metterlo in disgratia di Papa Innocentio VI. disse ch'era heretico, perche studiaua Virgilio, che biasimaua la Corte. La qual calunnia à quel tempo per la rozzezza di quel secolo credete, che gli hauesse da valere. Mà Nelle sen. lib. 17. & lib. 13. ep. lib. 14. & lib. 11. ep. 3. Nelle famil. ep. 87. Nelle sen. lib. 1. ep. 4.

fù più ſauio il Papa del Cardinale, & della ſua accuſa poca ſtima fece. Furono anco de gli emuli, che ſempre l'inuidia mette radici, i quali ſcriſſero contra lui, ò di lui male parlarono, & à queſti in più parti dell'opere ſue Latine sauiamente, ne ſenza ſdegno alle volte riſponde. Chiara coſa è, che generalmente da tutti, & grandi, & piccioli, fù amato, & ſtimato; et frà gli altri vn cieco Maeſtro di Grammatica in Pontremoli, hauendo vdito delle ſue compoſitioni, deliberò volerlo in ogni modo viſitare, ſe poteua, et intendendo, che à Napoli ſi trouaua al tempo del Rè Roberto, laſciato ogni altro affare, et preſo vn ſuo figliolo per guida, andò à Napoli; donde quando vi giunſe, il Petrarca era partito per Roma, la qual coſa dal Rè Roberto inteſa, volle parlare al Cieco, et vedendo, che ſolo amore di virtù lo ſpingeua à queſto peregrinaggio, gli fece alcuno preſente, et l'inuiò à Roma; oue ne anco trouò il Petrarca, che già era partito, et così ſconſolato tornò a caſa ſua, doue non longo tempo da poi inteſe che'l Petrarca era in Parma; per il che ſubito ſi fece là condurre. Et fù coſa mirabile vedere la feſta che faceua d'hauer trouato M. Franceſco, et parlar ſeco, baſciandoli il capo, et le mani, à che concorrendo le genti, il Cieco diceua, voi non conoſcete queſt'huomo, io vedo più di voi, et Dio ringratio, che m'hà fatto degno di trouarlo. Della qual coſa li Signori di Parma, che molto il Petrarca ſtimauano, haueuano piacere, et fecero corteſie à quel buon'huomo, che dopo tre giorni, che ſtete con M. Franceſco, ſe ne tornò tutto contento a Pontremoli.

Nelle ſen. lib. 16. ep. 7.

L'inclinatione di M. Franceſco alle lettere ſempre fù grande, et rari furono quei giorni, che non leggeſſe, ò ſcriueſſe, ò penſaſſe, ò aſcoltaſſe qualche coſa bella; mà non già a tutte le ſorti di ſtudi ſi diede, che come di ſopra diſſi, a quello delle leggi non ſi miſe volentieri, ancora che haueſſe Maeſtri famoſiſſimi a quel tempo in quella facoltà, che furono M. Cino da Piſtoia, et M. Gio. Andrea Calderino Bologneſe, al quale fù ſempre amico, et ſi ſcriueuano, et eſſo ringratia Dio, che non ſi fermò per queſto più di quello, che fece in Bologna, non già perche le leggi in ſe gli ſpiaceſſero,

De ignorantia col. 8.

Nelle fam. ep. 64.

cessero, mà per il modo, in che si trattauano; di che dice hauere hauuto longo ragionamento con M. Oldrado da Lodi gran Iureconsulto. L'animo suo era più volto alle morali, all'Historia, & alla Retorica, & sopra tutto alla Poesia, per la quale si vede, ch'era nato; & diceua trà se, Tentanda via est, qua me quoque possim tollere humo; & à questi studi si volse con ogni potere. Et per esser allhora la lingua Latina quasi sepolta, esso fù il primo, che la scoprisse, & in prosa, & in verso componeua assai; per lo quale rispetto fù nominato con honor suo per tutta Europa, & vera cosa è, ch'al verso, de Latini parlando, fù più atto, che alla prosa, nella quale non fece gran fondamento di stile polito per la varia, & molto disforme lettione, che faceua, leggendo non solo Cicerone, & gli Historici, mà Seneca, & Santo Agostino, di che molto si dilettaua, & fece un suo stile familiare, co'l quale ogni cosa facilmente scriueua. Et per questo allhora tanto più era marauiglioso, & lo riputauano pare a gli antichi, cosa, che su'l fiorire lo fece stare sopra di se, perche il commun consenso nelle proprie lodi facilmente accieca gli huomini; nientedimeno si rauuide, & disse conoscere lo stile suo debole assai.

Nelle sen. lib. 16. ep. 6.

Nelle famil. ep. 63.

Nella ep. alla posterità.

Nel verso Latino ancora fece molto, & andò più inanzi, perche non tanto si tramescolò con altri. Et attese più a Virgilio, e con la sua Africa sperò far gran cose, & ritornare le Muse in Parnaso, come scrisse nel nono libro di quella; & fù per ciò coronato in Roma. In questa parte ancora, non ostante la lode commune, che'l mondo gli daua, co'l tempo il suo buon giuditio non s'ingannò, & vide, che non era giunto al segno, che bisognaua; & dice uno scrittore delli più vecchi della Vita sua hauer inteso, che trouandosi il Petrarca in Verona, & sentendo cantare i versi della detta Africa ad alcuno, che se ne delettaua, egli pianse, dolendosi non poterla ascondere a fatto, così fù il suo giuditio maturo, ancora che fosse nato a tempi assai per detto conto sterili, & per questo scriue, che molte cose sue, che non erano in mano d'altri, abbrugiò.

Nel proemio delle fam.

Nella

Nella poesia delle rime Toscane fù facile, si come quello, che nella lingua era nato, & vedeua anco de gli altri compositori viuenti al suo tempo, che dauano sprone al suo bello ingegno da farsi auanti; oltra che vide li ProuenZali, i quali imitò, & superò di gran lunga.

Cominciò per scherzo, & per amore, mà poi co'l tempo s'auuide, che in questo la sua fama s'appoggiaua, più che in altro, et però con gran cura v'attese, et ben disse nelle rime, che vedeua nel pensiero i due begl'occhi etc. Rimaner dopo lui pien di faville.

Di questi studi apunto gli auuenne il contrario di quello haueа fatto ne i Latini, i quali stimò da prima, et non poi; mà questi apprezzò. Poi, hauendoli da principio in non gran conto.

Nelle sen. lib. 5. ep. 2.

Scriue al Boccaccio già vecchio pentirsi di non esserſi dato tutto al volgare, nel quale era più Signore del Campo; doue i Latini nell'altro haueuano già buon tempo ogni cosa occupato. Et hà lasciato scritto Pietro Paolo Vergerio hauer inteso da Colutio Salutato Fiorentino, che fù Secretario di Papa Vrbano, et amico del Petrarca, ch'à lui haueua detto, come le sue compositioni tutte poteua migliorare assai, dalle rime in poi, nelle quali s'era tanto alzato, che più non li daua l'animo d'arriuarle. Et veramente io hò veduto alcuni fogli di dette rime di sua mano propria, nelli quali si vede la grandissima cura, ch'vsaua per la lima di quelle, ritoccandole già vecchio, et doppo, che composte l'haueua per venti, et più anni, et meritamente n'acquistò gran lode etiandio viuendo. Onde il Boccaccio, che in questa parte ancora di comporre in rima s'affaticò, et ne desideraua honore, visto, che non s'appressaua à M. Francesco, sbigotì, et venne in pensiero d'ardere quanto in ciò haueа scritto, et lo communicò al Petrarca, il quale lo consola, dicendo, che se del terzo luoco non si contentaua, volentieri gli cedeua il secondo, intendendo per modestia, che'l primo fosse di Dante.

Ne tacerò quì, che dolendosi co'l Boccaccio, ch'alcuni sotto suo nome dauano fuora compositioni, dice ancora, ch'altri con le sue rime viueuano, & però alcuni andauano à pregarlo, che gratia

glie

glie ne facesse, le quali poi recitauano, doue che fosse, & ne ritraheuano vesti, & altri presenti. Talche ad vn certo modo faceua delle sue compositioni elemosina.

Nello studio dell' Historie, & virtù morali si dilettò molto, piacendoli più di ben viuere, che di sapere. Nelle sen. lib. 2. ep. 4. lib. 5. ep. 2.

Hebbe trà gli altri buoni autori grande affettione à Santo Agostino, l'opre del quale leggeua volentieri.

Ad Auerroe, & suoi seguaci fù inimicissimo, & come impij gli odiaua. Et scriue al Boccaccio hauersi vn giorno cacciato di camera vno scolaro per le lodi, che daua all' empie sentētie d' Auerroe. Et di questa materia parlando dice. Quo plura contra Christi fidem dici audio, in Christo sum firmior, & me de christiano christianissimum hæreticorum fecere blasphemiæ. Nelle sen. lib. 5. ep. 3. De ignorantia col. 13.

Non fù anco amico de Medici di quel tempo, per la medesima cagione di seguire gli Arabi, & in più luochi ne fece con la penna fede. Lib. 12. senil. ep 2. col. 13.

Similmente à gli Astrologi nel giudicare non credete mai, & poca stima ne fece.

Studiò le morali d' Aristotile, il qual diceua, che gli insegnaua, mà non lo moueua a far bene; nella qual parte più gli giouauano Cicerone, Seneca, & Santo Agostino. Nelle sen lib. 1. ep. vltim. & nella 1. del 3. lib.

Fù diligentissimo in cercar l'opre de gli autori antichi, & n' hebbe alcune c'hoggidi sono smarrite, come furono tra l'altre i libri de Gloria di Cicerone. De ignor. col. 25. & contra gallū col. 23. Nelle sen lib. 16. ep. 1.

Hebbe gran voglia d'imparare la lingua Greca, mà la carestia de Maestri lo impedi, & duolsi hauerne vno perduto, che la morte li tolse, il quale perciò haueua & chiamauasi Barlaam, che di già gli hauea dato i principij, & cominciauali a leggere Platone, che restò seco, come dice, muto, & così Homero, il quale si fece mandare latino da M. Giouanni Boccaccio; hauendogliene mandato à donare vn Greco, & bello sin da Costantinopoli vn secretario d'vno di quegli Imperatori. Nelle sen. lib. 11. Epist. 9. & de ignor. col. 28. & colloq. 2. col. 11. Nelle sen. lib. 16 col. 5. Nelle sen. lib. 3 ep. 6. & lib. 5. ep 1. & lib. 6. ep 2.

Non fù vago di lunga vita, anzi scriue, & afferma ad vn Medico Nelle dopo senil. ep. 22.

Nelle sen. lib. 15. epist. 5. Nelle sen. lib. 8. ep. 2. dico suo amico, che se lo potesse far tornar giouane non lo accetterebbe, conoscendo questa vita per misera; & più cara gli fù la vecchiezza, che la giouentù. Et dice altroue, che da poco è quel seruo, che fugge l'aspetto del suo Signore, parlando d'esser apparecchiato a morire volentieri; onde la sua vecchiezza spese tutta in sacre lettioni. Alla posterità Dice bene hauersi riseruato per spasso, & ornamento le Muse.

Era per natura graue, & d'ingegno, com'esso dice, più mansueto, & benigno, ch'acuto; & però quando lesse il Decamerone del Boccaccio, vedendolo in molti luochi licentioso, lo scusa dicendo, pensare, che da giouane sia stato da lui scritto. Loda però il principio, & il fine, il quale fece anco Latino, come scriue, & si vede. Sopra tutto fù bonissimo christiano, Catholico, & pieno di pietà, & pregaua trà l'altre cose Dio benedetto, che lo facesse buono si che lo amasse, & da lui fosse amato, dicendo, à questo son nato, & non alle lettere, le quali per se fanno gli huomini gonfi, & riputaua più felice assai vn minimo semplice, che in GIESV Christo credesse, che Platone, & Aristotile, & Cicerone con tutto il saper loro. Et così attese più a ben viuere, che à ben parlare.

Alla posterità & nel 3. coll. col. 14. De ign. col. 7. Ep. ad poster.

Questi in somma furono gli studi, pensieri, & costumi di M. Francesco Petrarca, i quali se con dritto occhio saranno guardati, si potrà facilmente vedere di quanto giuditio, & bontà, & religione fosse.

Non fù questi vn scrittore d'amor lasciuo, ne cose cattiue insegna, si com'altri in altri secoli fecero, mà tutto graue, et Platonico. Alza spesso la mente al Cielo, ò piange gl'affetti suoi con soauissima, et dolcissima melodia. Et tanto più è degno di marauiglia, et lode, quanto che nacque à quei secoli, et in fortuna aduersa, et con poche facoltà; Onde dopo Dio benedetto tutto l'honore è del buono ingegno, et della buona natura sua.

Resterebbe, ch'appresso questa pittura, che di sopra vi ho fatto della vita, et costumi di M. Francesco, similmente vi dicessi del modo, et diligentia, ch'vsaua in ridure le sue rime a perfettione,

il che

il che aſſai bene hò potuto comprendere da alcuni fogli, che di ſua propria mano hò veduto ſcritti, parte in Padoua in mano di Monſignor Pietro Bembo, come di ſopra diſſi, & parte in Roma in mano di M. Baldaßarre da Peſcia; i quali fogli erano di quei primi originali, doue le componeua, & correggeua, notando ſpeſſe volte, & ſempre con parole latine, l'hora, & il tempo, che ciò faceua, & la cagione perche mutaua. Coſa che dà gran lume del ſuo giuditio, che come più inuecchiaua, ſempre ſi faceua migliore. Mà ſopra ciò farò vn diſcorſo à parte, s'à Dio piacerà; per hora baſtiui queſto, a che ſolo per compimento aggiungerò alcune coſe, di che già hò fatto ricordo. Et la prima ſarà un ſonetto, che tra molti di M. Giouanni Boccaccio hò trouato in un libro antico fatto in morte di M. Franceſco, il quale ſenza dubbio il Boccaccio fece nell'vltimo anno di ſua vita; imperoche l'anno ſeguente alla morte del Petrarca d'anni ſeſſantadue morì, cioè del 1375.

Sonetto di M. Giouanni Boccaccio in morte di M. Franceſco Petrarca.

HOr ſe ſalito caro Signor mio
Nel Regno, al qual ſalir anchora aſpetta
Ogn'anima da Dio à quella Eletta,
Nel ſuo partir di queſto mondo rio.
Hor sè colà, doue ſpeſſo il deſio
Ti tirò già per vedere Lauretta;
Hor sè doue la mia bella Fiammetta
Siede con lei nel conſpetto di Dio.
Hor con Senuccio, e con Cino, e con Dante
Viui ſicuro d'eterno ripoſo,
Mirando coſe da noi non inteſe:
Deh' s'agrado ti fui nel mondo errante,
Tirami dietro à te doue gioioſo
Vegga colei, chè pria d'amor m'acceſe.

Memorabilia quædam de Laura, manu propria Francisci Petrarcæ scripta in quodam Codice Virgilii in Papiensi Bibliotheca reperto.

LAura propriis virtutibus illustris, & meis longum celebrata carminibus, primum oculis meis apparuit sub primum adolescentiæ meæ tempus, anno Domini 1327. die 6. Mensis Aprilis in Ecclesia Sanctæ Claræ Auinioni hora matutina. Et in eadem Ciuitate eodem mense Aprilis eodem die 6. eadem hora prima, anno autem Domini 1348. ab hac luce lux illa subtracta est, cum ego fortè Veronæ essem, heu fati mei nescius. Rumor autem infœlix per literas Ludouici mei, me Parmæ reperit, anno eodem, mense Maii, die 19. mane.

Corpus illud castissimum, ac pulcherrimum in loco Fratrum Minorum repositum est ipsa die mortis ad vesperam. Animam quidem eius, ut de Aphricano ait Seneca, in cœlum, unde erat, rediisse, mihi persuadeo.

Hęc autem ad acerbam rei memoriam amara quadam dulcedine scribere visum est, hoc potissimum loco, qui sæpè sub oculis meis redit, ut cogitem nihil esse debere, quod amplius mihi placeat in hac vita, & effracto maiori laqueo tempus esse de Babylone fugiendi, crebra horum inspectione, ac fugacissimæ ætatis æstimatione commouear. Quod præuia Dei gratia facile erit, præteriti temporis curas superuacuas, spes inanes, & inexpectactos exitus acriter ac viriliter cogitanti.

Ex Colloquio tertii diei.

SI verò paucorum numerus annorum, quo illam præcedis, spem tribuit vanissimam, prius te, quàm furoris tui fomitem esse moriturum, & hunc naturæ ordinem

nem tibi fingis immobilem.

Item pudet, piget, & pœnitet; ſed ultra non valeo. Scis autem, quòd hic mihi ſolatii eſt, quòd illa mecum ſeneſcit.

Sonetto ritrouato nella ſepoltura di Madonna Laura in Auignone del 1533.

QVI giacen quelle caſte, e felici oſſa.
Di quell'alma gentile, e ſola in Terra;
Aſpro dur ſaſſo hor ben teco hai ſotterra
Il vero honor, la fama, e beltà ſcoſſa.
Morte hà del verde lauro ſuelta, e ſmoſſa
Freſca radice, e'l premio di mia guerra
Di quattro luſtri, ò più, s'anchor non erra
Mio penſier triſto, e'l chiude in poca foſſa.
Felice pianta in Borgo d'Auignone
Nacque, e morì, e qui con ella giace
La penna, il ſtil, l'inchioſtro, e la ragione.
O delicate membra, ò viua face,
Ch'anchor mi cuoci, e ſtruggi, inginocchione
Ciaſcun preghi'l Signor t'accetti in pace.

CARMINA PETRARCAE IN FVNERE ELECTAE MATRIS.

SVſcipe funereum Genetrix ſanctiſsima cantum,
Atque aures aduerte pias, ſi præmia cœlo
Digna ferens virtus, alios non ſpernit honores.
Quid tibi pollicear? niſi quod velut alta Tonantis
Regna tenes Electa Dei tam nomine quam re.
Sic quoque perpetuum dabit hic tibi nomen honeſtas
Muſarum celebranda choris, pietaſque ſuprema,
Maieſtaſque animi, primiſque incœpta ſub annis
Corpore iam eximio nullam intermiſſa per horam

Tempus ad extremum vitæ, notissima claræ
Cura pudicitiæ, facie miranda sub illa.
Iam breuis innocuæ præsens tibi vita peracta
Efficit, ut populo maneas narranda futuro,
Aeternum veneranda bonis, mihi flendaque semper.
Nec quia contigerit quicquam tibi triste dolemus,
Sed quia me, fratremque parens dulcissima fessos
Pythagoræ in biuio, & rerum sub turbine linquis.
Tu tamen instabilem felix ò transfuga mundum
Non sine me fugies, nec stabis sola sepulchro.
Egregiam matrem sequitur fortuna relictæ
Spesque domus, & cuncta animi solatia nostri.
Ipse ego iam saxo videor mihi pressus eodem.
Hæc modò pauca quidem pectus testantia mœstum
Dicta velim. sed plura alias, cunctosque per annos
Hac tua fida parens resonabit gloria lingua.
Hæc longum exequias tribuam tibi, postque caduci
Corporis interitũ, quod adhuc viget, optima sub quæ
Viuis adhuc genetrix, cum iam compresserit urna
Hos etiam cineres, nisi me premat immemor ætas,
Viuemus pariter, pariter memorabimur ambo.
Sin aliter sors dura parat, morsque inuida nostram
Extinctura venit fragili cum corpore famam,
Tu saltem, tu sola precor, post busta superstes
Viue, nec immeritæ noceant obliuia lethes.
Versiculos tibi nunc totidem, quot præbuit annos
Vita, damus, gemitus & cœtera digna tulisti,
Dum stetit ante oculos feretrum miserabile nostros,
Ac licuit gelidis lachrimas infundere membris.

Antonius Posseuinus iunior Gonzagæ lib. 4.
pag. 407. *sic habet.*

Nec liberalium artium gloriam abiecit (subaudi Ludouicus Gonzaga Mantuæ Capitaneus) pubem ingenuã studiis operatam pecunia, & eruditoribus iuuit; se-

gniusque

gniuſque intentos corripuit; velut pulcherrimum otium perderent. Ea cauſa duos ante annos, Auinionem à Ludouico literæ miſſæ fuerant, quibus Franciſcus Petrarca, vir omni inuidia, & poſteritate ſuperior, accerſiretur. Fama viri, & Patriæ honeſtandæ amor illexerant, ut pro nihilo pecunia haberetur, qua gloria probatur. Reſponſum à Petrarca perhumaniter eſt. Eius literas, quamquam cætera inutiles, commendatione magni iudicii, & antiquitatis monimenta inter Archiua Mantuanorum Ducum aſſeruatas huc transferre libuit. Sic habent.

Franciscvs Petrarca D. Ludouico de Gonzaga Capitaneo Mantuæ S D. Accepi litteras tuas, & coram reſpondere, quam abſens volueram, ſed seneſcens (ut vides) inter ludos, atque præſtigia fortunæ, multa mihi promittentis, obtemperare non poſſum. Pecuniam cũ Petro de Crema familiari tuo remitto, quod animi deſiderio inſeruire nequeam, non contemptu. Aetas hæc profundo decurrentis æui rotatu, ad finem properat, non laborum, atque eò minus longi itineris patiens. Neque Auenione auelli integro ſpiritu poſſum, infęlici amoris ictu, & ætate fatigatus. Si accederem, oneri non ſolatio eſſem. Nam frequentes morbi, & mœror aſsiduus fomenta potius requirunt, quam obſequiũ permittunt. In futurum ver, ſi Columnenſis annuerit, hoſpitem me forſan habiturus es. Caue beneficio, & gratia, meritum atque adeò deſiderium meum ſuperare. Quod enim imprudentia peccatur, munificentia non excuſatur. Vale. Auinione. Salutis *1369*. 12. Cal. April.

De Petrarchae Orthographia.

Perillustri ac Eruditissimo Viro Fortunio Liceto, in celeberrimo Gym. Bonon. Philos. Professori Eminenti Iacobus Philippus Tomasinus Aemoniæ Præsul. S. P.

QVum vitam Francisci Petrarchæ priuatis studiorum meorũ delicijs conscriptam, eruditorum amicorũ suasu, felici Numine Em. Card. Io. Francisco ex Comitibus Guidijs a Balneo aliquot ab hinc annis destinassem, ut nostri moris est, omnibus doctis & amicis Viris expendendam exhibui. Eam quum ultro seduloque perlustrassent, non temnenda inter eos quæstio exorta fuit, qua ex causa Poetæ cognomen aspiratione produxerim. Nec defuere, qui rationibus speciose prolatis utriusque partis patrocinium suscepere. Eruditam ingeniorum contentionem etiam in tantilla re monumentis tradere æquum duxi, ne interpretamenta, literatorum amicorum quibus mea studia & labores perpetuo dicaui, ingrata obliuione pereant. In quorum numero quoniam Te nemo prior, tuum, mi Licete, heic arbitrium compello, ut quænam mea erga mutuam in me beneuolentiam, atque in primis aduersus tua in rem literariam præclara merita sit voluntas, posteritati liquido constet.

Petrarchæ nullam conuenire aspirationem, in primis censuit Vir Candidissimus Laurentius Pignorius, heu quondam nostræ Vrbis decus, & in antiquis monumentis euoluendis ac interpretandis oculatissimus, inscriptioni sepulcri Petrarchæ in municipio Patauino Arquada innixus: ubi in marmore legitur:

Frigida Francisci lapis hic tegit ossa Petrarcæ.

Itemque in Epigrammate ad domum Arquadianam. Innumera prætereo loca, quibus abunde constat, quid ipsi fuerit animi. Pignorio accessit æui nostri lumen Antonius

nius Quærengus, dictionis castimonia cum elegantissimis veterum conferendus poeta. Nec desunt, qui suffragantur ipsis non infimi nominis eruditi complures.

Quod vero saluo amicitiæ iure a viris Magnis dissentiens aspirationem malim, inter cetera occurrebat illud quod linguæ Atticæ exemplo H Hetruscis admodũ frequens deprehenderem. Quamuis enim non ignorem H non esse veram literam; spiritum nihilominus agnosco, quo multæ voces firmantur & roborantur; & cuius in Hetrusco idiomate triplex usus. Pręterquam enim quod ex quorundam sententia literæ vices suppleat, non solum aspirationi seruit, sed etiam dictionis loco adhibetur. Huic Benedicti Bonmatthei Introductionis ad linguam Hetruscam Tract. *3*. cap. 5. merito præiuit Gellius lib. 2. cap. *3*. *H literam*, inquit, *siue illam spiritum magis quam literam dici oportet, inserebant eam veteres nostri plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus earum esset viridior, vegetiorque*. Idque vel Petrarcha pronunciatione sui nominis Hetruscis familiari satis manifestat. Iure quidem Gaspar Scioppius in libello MS. de natura historiæ luce digno carpit Arrium Catullianũ, qui *Chommoda* dicebat pro *Commoda*. qui barbarismus est Hetruscis maximeque Florentinis hodie sollennis. Idem quoque Arrius *Hinsidias* dicebat pro *Insidias*: diuersa Italorum consuetudine æque barbara, dum nostris temporibus *Hortus*, non aliter quam *Ortus* profertur.

Elementum porro istud Latinis aspiratio dicitur; cuius potestas nulla, nisi quod sonum auget illius vocalis seu consonantis, cui adhæret. Nonnunquam tamen consonantis loco reperitur, veluti apud Catullum. Sententiam meam tuebantur eruditionis multisciæ ac Romanæ vetustatis perquam studiosi plures, inter quos olim Musarum nostrarum columen Felix Osius, Artis Oratoriæ in Gymnasio Patauino publicus Interpres, Io.

Rhodius

Rhodius Danus, Gabriel Naudæus Gallus, Ioannes Argolus, arctissima necessitudine nobis iuncti: qui H semper addendum censuere, ubi vocis origo, significatio, & euphonia id postularet. Hac ratione Charisius lib. 1. *Arena* gratius *Harena*, quod hæreat; & *Arena*, quod areat. Gratius enim cum aspiratione sonat. Mario etiam Victorino Artis Grammaticæ lib. 1. placuit *Harena*. Accedit demum V. C. Gerardi Vossii iudicium, qui *Petrarcha* scribendum existimat, non *Petrarca*. Priscis hercle scriptoribus *Haue* pro *Aue* usurpatum Cuiacii iudicio docuit Is. Casaubonus ad Trebellium Pollionem. Librarii tamen olim hanc aspirationis notam non usque studiosè obseruarunt. Inde vetustis etiam inscriptionibus YGIA & HYGIA exstat. Nimirum H. literam nunc abiiciebāt nunc præmittebant syllabis. Cuius tamen omissio in libris MS. posterioris æui crimen est, ut ut Iul. Scaliger de causis linguæ Latinæ cap. 45. affirmat Latinos spreuisse illam asperitatem, nec auditum eius sonum se puero. Ceterum, ne alienis insistamus, è bibliotheca Vaticana omnium totius orbis celeberrima librum Latinum numero 3195. ipsius Petrarchæ manu scriptum nostræ petitioni depromsit Vrbani VIII. S. P. piæ memoriæ quondam cubicularius, Torquatus Perottus nunc Amiensis Episcopus Vatis nostri studiosissimus, cuius nomini aspiratio addita. Nec discrepat alter num. 3199. qui olim fuit Ioannis Boccacii. Pariterque ei similis tertius Petri Bembi num. 3197.

Reliquum est, pro ingenii acumine iudiciique libertate tuam, ut soles, sententiam ingenuè proferas, quò meæ aliorumq; in re dubia exspectationi satis fiat. Scribebam Patauii Pridie Id. Octobr. An. MDCXLIV.

Illustrissimo & Reuerendissimo Aemoniæ Præsuli Iacobo Philippo Tomasino Fortunius Licetus B. A.

ETsi non ita pridem Clarissimis Iureconsultis vitio datum sit, quod longiore disputatione concertauerint, an vocula *Posthumus* aspiranda foret, necne; quod viros graues non deceat in quæstiunculis grammaticalibus absumere tempus, deque friuolis nugis habere sermonem: Plato nihilominus, Philosophus grauissimus, integrum volumen sub Cratyli nomine non exiguum instituit *de recta nominum ratione*, diligenter in eo differens de minutissimis etiam syllabis, atque literulis. Immo vero sacra pagina (*a*) docet ipsum Deum summum solicitum maxime fuisse de mutatione syllabarum, & aspirationis in hominum insignium nominibus; ac præcepisse cum aspiratione *Abraham* appellari, qui prius non aspirabatur *Abram*. Quin etiam quicquid attinet ad virum inclitum, Italiæ nostræ decus, pro vili non debet haberi; quum Aristoteles ipse (*b*) viliorum animantium speculationem puerili fastidio despiciendam non esse dicat, quod in infimis etiam animalibus Naturæ numen, & honestum, & pulchrum insit ingenium. Quare non ab re iudicas, istam quæstionem de cognomine *Petrarchæ* aspirando, satis dignam quæ tractetur a sene Philosopho: propterea que non grauabor tibi morem gerere, meaque sensa de propositis circa nominum aspiratione ingenue libereque proferre. Profecto quum Aristoteli (*c*) nomen significet indistincte naturam & essentiam proprietatemque rerum, quam explicat distincte definitio; proinde Plato (*d*) sapienter asseruit, non cuiuslibet hominis esse rebus imponere nomina, sed viri sapiẽtis, rerumq; nominandarum conditiones intimas & proprias agnoscentis. quod ipse didicerat e Diuina scriptu-

a Gen. 17.

b 1. de part. c. 1.

c 1. phys. t. 5.

d in Cratylo.

ra; in qua legitur, Adamum, qui ſcientiam rerum omnium infuſam a Deo poſſidebat, impoſuiſſe nomina rebus conuenientia. Scribit enim Moſes, (*e*) *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & uniuerſis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea. Omne enim, quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius. Appellauitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & uniuerſa volatilia cæli, & omnes beſtias terræ.* Quam ſententiam habuit & Philo dicens (*f*) *Non literas mutas, aut vocales, aut abſolute, verba & nomina largitur Deus. Quū produxiſſet ſtirpes atque animantes, eas ad hominem (tanquam ad ducem & rectorem, qui ab alijs ob ſcientiam ſeiunctus erat) vocauit, ut ſingulis propria daret nomina.* omne enim, *inquit,* „ quod vocauit Adam, ipſum eſt nomen eius. *Ergo quum integras nominum impoſitiones Deus uſurpare dignatus non ſit, eo negocio commiſſo viro ſapiēti generis humani Antiſtiti.* & alibi: (*g*) *Perpulchre autem & impoſitio nominum aſſignatur primo homini; ad ſapientiam enim & regnum pertinet: at ille ſapiens eſt, ſuimet ipſe diſcipulus & doctor per Dei gratiam, & inſuper Rex quoque.* & alio loco: (*h*) *Reliquum vulgus hominum nomina imponit rebus, ut aliud ipſæ ſint, aliud ſonent earum vocabula; apud Moſem vero nominum impoſitiones manifeſtiſſime res ipſas indicant, ut res neceſſario in nomen abeat ſine ulla differentia.* Similiter etiam alibi, (*i*) *Vulgus hominum rerum naturas ignorans, etiam in nominibus eis imponendis erret oportet. Nam qui eas velut per anatomiam conſiderant, facile aſſequuntur appellationes; qui autem res tractant confuſius, non tam exquiſitas. Moſes vero in tanta rerum peritia, nominibus rectiſſimis aptiſſimiſque & mire perſpicuis uti conſueuit; proinde ſæpe in libris rerum diuinarum inuenimus rebus conuenire nomina.* Sic ergo recte Plato nominum impoſitionem non cuilibet aſſignat, ſed uni viro ſapienti. Speciatimque hominibus imponenda ſemper eſſe nomina pulchra decreuit apte Plato de Sapientia tractans in Theage.

Quum

e Gen. 2.

f lib. de nom. mutat.

g li. de mundi opificio.

h l. 2. de Cherub.

i de Agricul.

Quum auus Poetæ noſtri Parentius appellaretur, autore Leonardo Aretino, & Pater ipſius *Petrarcho di Parenzo*; licet ſcriptor vitæ Petrarchę Latinus, quem ſuſpicaris eſſe Xicchonem Polentonem, vulgi vilioris appellationẽ ſecutus, Petrum Petraconem nominet eius patrem, & alii Petrarconem; nobiliores tamen ciuilioreſq; Petrarchum ſemper appellant: de quo nobiliori nomine patris Poeta ſibi cognomen aſſumpſit primum appellari volens Franciſcus Petrarchæ, moxque ſemper Franciſcus Petrarcha; ut infra latius apparebit. Certe Petrarchæ cognomen, ſiue cum aſpiratione pronuncietur, ſiue *Petrarca* non aſpiretur, pulcherrimum eſt, adeoque viro præſtanti conueniens aptiſſime. Namque *Petra*, firmitatis hieroglyphicum, apud Antiquos indicabat hominem inclitum, atque Deum. Ita Pierius: (*k*) *Neque forte temere Romani per Iouem lapidem iurabant, apud quos futurum erat, ut veræ Pietatis fundamentum ex Petra ſolida iaceretur: Petra enim erat Chriſtus.* Illicoque fuſius explicat, Petra notari perpetuitatem, firmitatem fœderum, firmam proſperitatem, pietatis noſtræ ſtabilitatem, Chriſtum Dominum, prauarum cogitationum excuſſionem, ſenſuumque carentiam; quæ ſingula mirifice congruunt *Petrarchæ* noſtro, qui perpetuo viuet in memoria viuorum diuinis operibus editis: firmumque fœdus iniit cum literis, & bonis moribus, in vera pietate ſtabilis, Chriſti cultor eximius in Parmenſi Patauinaque Cathedrali Canonicus: procul ab ſe prauas cogitationes excuſſit in amore pudico & virgineo Lauræ ſuæ: prorſuſque libidinis obſcœnæ ſenſu caruit: quod ipſemet in epiſtola teſtatur, quam de vita ſua ſcriptam reliquit, his plane verbis: *Amore acerrimo, ſed unico, & honeſto, in adoleſcentia laboraui & diutius laboraſſem, niſi iam tepeſcentem ignem mors acerba, ſed utilis, extinxiſſet. Libidinum me prorſus expertem dicere poſſe, optarem quidem; ſed ſi dicam, mentiar; hoc ſecure dixerim, me quam-*

k l. 49.

quam feruore ætatis & complexionis ad id raptum, vilitatem illam tamen semper animo execratum. Mox vero ad quadragenarium annum appropinquans, dum adhuc & caloris satis eßet, & virium, non solum factum illud obscœnum, sed eius memoriam omnem sic abieci, quasi nunquam fœminã aspexissem. quod inter primas felicitates meas memoro, Deo gratias agens, qui me adhuc integrum & vigentem, tam vili, & mihi semper odioso seruitio liberauit. En virum *Petræ* nomine dignum, non minus quam Xenocrates ille fuerit, qui quum a concumbente Phryne, Laideque pulcherrimis meretricibus ad libidinem nullis illecebris induci potuisset, audiuit (autore (*l*) Laertio) lapidea statua. Sed & Franciscus Georgius (*m*) Venetus in Harmonia Mundi præclare demonstrat, *Petram* allegorice signare Deum Patrem, & Filium; quod Filius Petram se (*n*) dixerit, super quam ædificaturus erat Ecclesiã suam Petro, & successoribus: & a Propheta (*o*) dictus sit lapis angularis, reprobatus ab ædificantibus secundum carnem & sanguinem; sed ab Opifice summo positus in caput (*p*) anguli structuræ & ædificii illius sacræ Ierosolymæ, quæ ædificatur ex viuis (*q*) lapidibus. Qui fuit etiam illa (*r*) *Petra*, dudum a Mose percussa, a qua fluxerunt aquæ pro populo Israeliticæ gentis: nimirum aquæ doctrinæ Christianæ, qua Saluator, etiam per Mosen in ænigmate atque figuris eos erudiit. Quin & Pater Deus fuit illa *Petra* Mosaica, de qua fluxit aqua Sapientiæ, nimirum Filius a Patre genitus, qui sapientia Patris appellatur. Ne multa loca nunc alia proferam ex antiquis Patribus a Laureto, Syluæ Allegoriarum Compilatore, collecta, indicantia *Petram* assumi cõsueuisse passim pro Deo, vel homine diuino. Ceterum & alia pars cognominis *Archa*, vel *Arca*, summam dignitatem allegorice designat, qualem in Poeta nostro suspicimus. Nam in primis *Arca*, quæ fieri solet ad recondendas vestes, & ad pretiosa quæque seruanda, nobili

l 4 de vit. phil.
m 1. cãt. ton. 7. c. 5.
n Matt. 16.
o Esai. 28. Petr. 1. c. 2. Paul. Eph. 2.
p Psal. 117.
q Act. 4.
r Exod. 17.

iam allegoria ſumitur pro viro docto, quem *Arcam ſapientiæ*, ſcientiæ, doctrinæque nuncupare conſueuimus. Ita plane Philo: (ſ) *Arca, ſi ad mores referatur, ſignificabit mentem ſibi ipſi propitiam, quæ concepto amore modeſtiæ purgare ſe ſciat, compeſcereque brutam, elatam, & inflatam arrogantiam. Hæc Arca vas eſt deſtinatum legibus. in hanc enim præcepta reconduntur, accepta dictante ipſo cæleſti Numine.* Quæ pariter omnia congruunt moribus, & doctrinæ Poetæ noſtri, qui de ſe ſcribit: (t) *Senſi ſuperbiam, in alijs, non in me; & quum paruus fuerim ſemper, minor iudicio meo fui.* Scriptorum tam Latina, quam Italica dictione, tam pedibus vincta metricis, quam ſoluta oratione voluminum egregiorum numero multiplici, virum hunc apte vocari *Petrarcam;* hoc eſt ob ſoliditatem, & firmitatem, durationemque doctrinæ, *lapideam arcam* ſcientiæ virtutiſque, nemo non videt. Cognominari potuit ergo *Petrarca*, quaſi lapidea arca, in quam firmiſſimam reconderentur eximiæ virtutes animi, tutæ prorſus ab omnibus externis iniuriis iræ, ſuperbiæ, libidinis, & huiuſmodi vitiorum aliorum omnium. Quod & alibi Philo ſcribit inquiens, (u) *Item ſacram Legum conſeruatricem Arcam auro intus & extra decorauit: Magnoque Pontifici duas tradidit tunicas; unam ſcilicet intimam ex lino; alteram extimam, varie acu pictam cum toga talari. Etenim hæc aliaque eiuſmodi notæ ſunt animi, qui in parte interiori Deo ſe purum caſtumque exhibet; exteriſque in rebus, quæ ad Mundum adſpectabilem vitamque pertinent, integritatem ac puritatem colit.* qualem maxime fuiſſe Poetam Canonicum noſtrum, in eius vita clare teſtatur tum Hieronymus Squarzafichus, tum ipſemet in epiſtola, quam poſteritati reliquit *De Origine, vita, conuerſatione, & ſtudiorum ſucceſſu* conſcripta, ſicuti nuper obſeruaui. Similiter apud (x) Lauretum, Arca Noe ſignificat & Animam, in qua ſunt variæ affectuum paſſiones, & Sãctos viros, & religionis ſtatum, & fabricam virtutum, &

ſ de vita Moſis.

t in epiſt. cit.

u de nom. mutat.

x Syl. alleg. t. 1.

doctrinam in corde: & gratiam contemplationis: & Ecclesiam, & viros Ecclesiasticos, & virtutes cæleſtes, & cor humanum, & Sanctos Doctores, & Præſules, & myſteria: quod ex multiplici Sanctorum Patrum autoritate confirmat. Ad quæ ſi reſpexere Viri præclari, Quærengus, Pignoriuſque noſter; belle ſatis & apte Franciſcum *Petrarcam* non aſpiratum poſuerunt; maxime ſi putauerint id cognominis ab ipſomet Poeta ſibi formatum fuiſſe, deductumque voluerimus ex nomine paterno *Petraco*, ſiue *Petrarco*. Verum enimvero quia forte vir iſte cognomen adeptus eſt, non quidem a ſeipſo poſt comparatas ſibi virtutes in adulta ſatis ætate, ſed ab aliis in ipſo natali ſuo, priuſquam animi dotes ullas induiſſet, uti conſtat ex Aretino: & quia fratrem habuit germanum Cænobitam Chartuſienſem, cui Franciſcus ipſe cognomen idem aſpiratum aſſignat in ſuo teſtamento; non poſſum viris eruditis aſſentiri, *Petrarcam* non aſpirantibus, Quos nihil mouere debuit ille verſiculus inſculptus monumento Poetæ noſtri, cognomen id non aſpirans. quia verſificator ille ductus a neceſſitate rythmi, deſinentiæque conſimilis, qua verſiculos duos alios immediate ſequentes terminari voluit, aſpirationem vel inuitus declinare coactus fuit, inſcribens ei tumulo:

Frigida Franciſci lapis hic tegit oſſa Petrarcæ:
Suſcipe Virgo Parens animam: Sate Virgine parce:
Feſſaque iam terris, cæli requieſcat in arce.

Namque mos eo ſeculo fuit, epitaphia ſepulchris inſcribere metris in conſimilem metri conſonantiam deſinētibus: ad quam non raro trahebantur nomina rerum, vel inuitis regulis grammaticalibus, nec omnino vitatis barbariſmis, ſuſque deque habitis genuinis vocum ſignificationibus, at etymologiis, ut ſæpius in epitaphiis antiquis mihi legere contigit. Forte Quærengi Muſa melliſſima, ſuauitatem, aſpirationes ubique fugientem, antepo-

reponere voluit vero ſignificatui, propriæque tum etymologiæ, tum orthographiæ cognominis. Nobis autem in iſto cognomine, *Petrarcha*, placet aſpiratio tum quia frequens uſus aſpirationis apud Florentinos Poetę Cōciues; tum quia tali ſpiritu denſo voces firmiores efficiuntur, ut bene tibi Gellius adnotauit inquiens, (y) *H literam, ſiue illam ſpiritum magis quam literam dici oportet; inſerebant eam veteres noſtri pleriſque vocibus verborum firmandis roborandiſque ut ſonus eorum eſſet viuidior vegetiorque. Atque id videntur feciſſe ſtudio, & exemplo linguæ Atticæ*. Recte quidem tibi carpit amicus Arium, qui perperam *Hinſidias*, & *Chommoda* conſueuerat aſpirare; ſed mihi multo prius Catullus eundem Arium de propoſito ſuggillauit epigrammate (z) feſtiuiſſimo ſcribens. y Gell.l.2. c.3 z v. 2081. & ſeqq.

Chommoda dicebat, ſi quando Commoda vellet
Dicere, & Hinſidias Arius Inſidias.
Et tum mirifice ſperabat ſe eſſe locutum,
Quum quantum poterat, dixerat Hinſidias.
Credo ſic Mater, ſic Liber auunculus eius,
Sic maternus auus dixerit, atque auia.
Hoc miſſo in Syriam, requierant omnibus aures,
Audibant eadem hæc leuiter, & leniter;
Nec ſibi poſt illum metuebant talia verba.
Quum ſubito adfertur nuncius horribilis,
Ionios fluctus, poſt quam illuc Arius iſset,
Iam non Ionios eſse, ſed Hionios.

Ceterum ut *Poſthumus* aſpirandus mihi videtur ex etymi ratione, qua poſthumatum patrem, ſeu genitorem, vel autorem in lucem prodierit; ita plane cenſendum *Hortū* aſpirari debere, quod *Humi-orta* præbeat. non enim eos audio, qui dicunt, eum præter etymologiæ rationem, ab ortu plantarum deductam, aſpirari cum uſu populi a doctioribus, ſiue quod eo ſpiritu denſo dirimere voluerint locum genialem fructuum & olerum atque florum,

a par-

a participio *Ortus*, vel a nomine quartæ declinationis: etenim priori ratione Mare, in quo pisces oriuntur infinitarum specierum, dici deberet *Ortus*, non secus ac locus, in quo stirpes oriuntur. Secunda vero ratio locum non relinquit æquiuocis; quum ad nomina dirimenda sufficeret aspirationis absentia, & præsentia. Sed *Hortus* aspirate scribitur ex etymologia: quia locus est, in quo ex humo plantæ, plantarumq; fructus & flores oriũtur. Dicitur autẽ *Hortus* hoc est *Humi-Ortus* omnium stirpium. Quin etiam deduci potest a tempore, quo maxime sunt Horti fructuum, florumque conspicui, nimirum a pulchritudine temporis æstiui, per aspiratam a Græcis notam *Horos* indicata. Deducitur autem facile nomen *Hortus* a voce *Horos* plane significante pulchritudinem & amœnitatem æstiuo tempore in Hortis præcipue spectabilem, ex florum varietate, suaueolentiaq; simul & fructuum maturorum multitudine, formositate, fragrantiaque, visum, odoratum, & gustum mirifice demulcente. Quamobrem *Hortus* inde dicitur etiam Paradisus deliciarum. Quem omnes fere Classici ponunt, ubi semper æstiuum tempus est, sub æquinoctiali plaga, & in locis illis maxime propinquis. Ita Straboni (*a*) prope Libanum, ac Hiericontem in Syria: ita Auicennæ: (*b*) ita D. Thomæ: (*c*) ita Cælio (*d*) Rhodigino fusius Paradisus in Orientali plaga sub æquatore, vel prope collocatur, ubi nunquam hiemis est inclemẽtia. Cuius verba iam apud omnes prostantia, & in suæ sententiæ confirmationem afferentia Platonem, Arrianum Historicum Philalethem, Hannonem, Eratosthenem, Polybium, Damascenum, Conciliatorem, (*e*) & alios, non afferam. Sat habebo sententiam hanc excoluisse quoq; tum apud Dioscoridem Marcellum, (*f*) afferentem, *A Græcis Paradisos dici urbanos ac elegantiores Hortos;* etiamsi Gellius inquiat, eo nomine significari viuaria, scribens, (*g*) *Viuaria autem, quæ nunc vulgus dicit,*

a lib. 16.
b l. 1. f. 1. d. 3. c. 1.
c 1. p. q. 102. 2. 2. q. 84. 3. ad 3.
d l. 1. c. 22.
e diff. 67.
f lib. 3.
g l. 2. c. 20.

dicit, sunt quos Paradisos Græci appellant. Vnde Xylander utramque significationem eidem voci dedit apud Plutarchum, in Artoxerxe scribentem, *Vt ad diuersoriū quoddam Regium descendit, ubi eximij erant & magnifice instructi Paradisi,* (vertit Xylander *Horti viuariaque ferarum*) *quum circumiecta regio nullis arboribus vestita & nuda rigeret gelu; concessit militibus, ut ex Paradiso* (Xylandro vertente, *ex Hortis, atque viuarijs*) *arbores cederent; ac lignarentur, neque picea abstinerent, neque cupressu. Dubitantibus illis, & temperantibus, propter pulchritudinem & proceritatem arborum: correpta ipse securi, maximam & præstantissimam arborem strauit.* Rhodiginus (*h*) tamē ad *Hortum* Paradisi significationem contraxit, aiens, *Paradisum Græci Hortum intelligunt.* Etsi Constantino Portoque Pollux inquiat Paradisum non Græcam vocem, sed barbaram primum extitisse. quod accepisse videtur in elegantissima sua Flora Io. Bap. Ferrarius, (*i*) inquiens, *Parco narrare Persarum Regum ædibus Hortos, quos illi Paradisos vocabant, fuisse coniunctos, ut Regibus ipsi florum cura semper hæreret,* citato Plutarchi Artoxerxe. Sed Volaterranus vocem Paradisi reliquit intactam e Græco, dum Xenophontem in Oeconomia Cyri de Lisandro memorat, *Deductusq; ab eo in Paradisum, quem Sardibus habebat; quum vidisset ordinem elegentiamq; arborum in quincuncem positarum angulorumque symmetriam, & ambulationum subsequentium odorem sensisset, admiratus dixisse* &c. ita senex ille Persa dictus, *della Montagna*, Marci Poli relatu (*k*) constituit Hortum amœnissimum, quem Paradisum vocabat. Ceterum in hiemali regione gelida, ubi reperit Artoxerxes Paradisos adeo floridos, & arboribus pulchris consitos, existimandum est hortorum regalium amœnitatem vel arte, vel naturali quapiam aqua calente subtus irrigari; quemadmodum, in Aquilonari plaga narrat euenire Nicolaus Zenus Nobilis Venetus apud Ramusium (*l*) asserens: *In Engrouelandia Monasterium*

V *inue-*

h l. 1. c. 22.

i l. 1. c. 1.

k l. 1. c. 21.

l T. 2. Nauig. p. 231. B. C.

inuenit Fratrum Ordinis Prædicatorum, cum Ecclesia dicata Diuo Thomæ, prope montem flammas euomentem, uti Vesæus, & Aetna: ibique fons est aquæ feruidæ, qua tum Ecclesia, tum cellæ Fratrum habent habitationem calidam; & in culina sine alterius ignis usu cuncta coquuntur edulia. Suntque ibidem Horti operti hieme, qui tali aqua irrigati non patiuntur ab algore niuium, in iis regionibus sub Polo fere sitis intensissimo; quare floribus, & fructibus, & herbis variorum generum abundant, non secus ac in regionibus temperatis tempore suo. Quum igitur Paradisus (undecunq; vox hæc habuerit originem, siue a Græcis, siue a Persis, siue ab Hebraico *Pardes*, ut aliqui volunt) proprie sit Hortus collocatus in æstiua regione, floribus, & fructibus, & arboribus pulchris mirifice refertus, quorum ubertas non est nisi in tempore, seu loco, & aere quomodocunque calido & æstiuo, quumque fructus æstiui, & pulchritudines & amœnitates æstiuæ Græcis *Horos*, *Horæa* nuncupentur aspiratis nominibus; iã *Hortus* aspirabitur inde ducta ratione prorsus ex etymologia, qua tum *Hora* pulchritudinem, atque tempus æstiuum maxime designat, quando sunt *Horti* floribus & fructibus mire pollentes, & amœnissimi; sicut obseruant Onomastici Latini simul & Lexicographi Græci; tum *Horæum* dicitur omne genus fructuum æstiuo in aere maturum, ob pulchritudinem. Quare iam *Hortus* ex etymo scribendus est aspirate. Num vero barbare pronuncietur ab Italis *Ortus*, a quibus recte scribitur *Hortus*, purgatarum aurium id esto iudicium, ac non ita facile patiaris hoc tibi persuaderi. Sic igitur etymologica ratione duplici nobis *Hortus* aspiratur. Sed mihi potior est ratio prima, qua *Hortus* dicitur, quasi Humo-ortis plantis a natura dicatus: consimili literarum mutatione, mutilationeque Cicero tractans de Natura (*m*) Deorum ait, Neptunum a nando dici, Mauortem quia magna verteret, atque similia plura. Sed iam de

m lib. 2.

Horto

Horto ſatis. Celeberrima iam eſt mutatio nominis *Abraham* ſolo aſpirationis adiectu variata ſignificatione. qua de re ſic in ſacro codice, (*o*) *Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham; quia patrem multarum gentium conſtitui te.* Vbi D. Hieronymus: *Dicunt Hebræi, quod Deus ex nomine ſuo, quod apud illos tetragrāmaton eſt, H literam Abrahæ & Saræ addiderit. Dicebatur autem Abram: quod eſt Pater excelſus: poſtea dictus eſt Abraham; quod eſt Pater multarum; nam* gentium *in nomine non habetur, ſed ſubauditur.* Philo tamen aliter hanc nominis mutationem explicat, non ita forte ſacro textui conſonam non ſemel inquiēs, (*p*) *Proinde Abraham, quādiu hærebat in Chaldæorum terra opinioneque, & nondum mutato nomine vocabatur Abram, homo cæli erat, ſublimis æthereæque naturæ ſcrutator, in effectibus eorumque cauſis, & id genus alijs philoſophando: ex quo ſtudio & appellationem præſentem ſibi quæſiuit. Abram enim interpretatur Pater ſublimis, nomen conueniens conſideranti ſublimia cæleſtiaque intellectui, præſertim quum concretæ huius naturæ noſtræ pater ſit intellectus pertingens ad ætherem & ulterius. Sed quando iam ſeipſo melior nomen mutaturus eſt, ſit homo Dei, iuxta redditum ſibi oraculum: Ego ſum Deus tuus: da operam ut mihi te approbes, & eſto inculpabilis. Quod ſi unus totius mundi Deus, ob priuatum affectum dicitur huius viri Deus, neceſſario ipſe quoque Dei eſt: Interpretatur enim Abraham,* Pater electus ſoni id eſt intellectus, *probi viri: eſt enim electus, purgatus, & pater vocis, qua conſonamus.* & alibi ſimiliter: (*q*) *Teſtatur hoc etiam mutatio nominis: prius enim Abram vocatus, mox cæpit appellari Abraham, unius tantum duplicatione literæ, videlicet A* (quum Hebræi ceteri communiter dicant H) *ſed quæ magnum quiddam ſignificabat. Abram enim interpretatur Pater ſublimis: Abraham vero, Pater electus vocis. Prius indicat virum Aſtrologicum & Metereologicum, Chaldæorum placitis tanta cura deditum, quantam ſolent parentes impendere ſuis filijs, poſterius vero ſapientem; nam per vocem ſermo, qui profertur,*

o Gen. 17.

p l. de Gig. f.

q de Abrah.

fertur, ſubindicatur: per patrem mens cuius principatus eſt: nam ſermo, qui concipitur intus, naturaliter pater eſt, ut antiquior, ſerens quæ dicenda videntur; ceterum quod additur, electus, bonitatem declarat. & alio loco pariter, (*r*) *At enim Abram exponitur pater ſublimis: Abraham autem, Pater electus ſoni* &c. Nos quidem a Philone recipimus mutatũ fuiſſe nomẽ Abram in Abraham; & primum nomen indicare *Pater ſublimis*: at non recipimus nomine ſecundo ſignari *Pater electus ſoni*; quia reddens cauſam in ſacro textu Deus, cur vocauerit illum Abraham, ait *quia Patrem multarum gentium conſtitui te*. Neque recipere valeo mutationem nominis factam fuiſſe duplicatione literæ A: quia vocatus fuiſſet ſecundo nomine Abraam, ut Chanaan, ſine interiectu aſpirationis inter duas literas vocales poſtremas a a, ſed quia nomini Abram non poterat poſt illud A ſecundum aſpiratio ſolitaria poni, poſitum fuit A poſtremum, tanquam fulcrum, cui aſpiratio inhæreret, dictuſque fuit Abraham ex Abram, adiectu principaliter aſpirationis, & ſecundario A regentis aſpirationem. Ariſtoteli (*ſ*) quoque non aſpiratus *Cronus* eſt *Saturnus*; *Chronus* autem aſpiratus eſt *Tempus*. Apud Latinos etiam aſpiratio frequentiſſime mutat vocabuli ſignificatum; nam aſpirata *Charitas* eſt intenſus dilectionis affectus, non aſpirata *Caritas* eſt magnus annonæ defectus: aſpiratus *halitus* eſt vapor, non aſpiratus *alitus* eſt enutritus: aſpiratum *habeo* eſt idem quod poſſideo, non aſpiratũ *abeo* eſt idem quod diſcedo: aſpiratus *Heros* eſt Vir virtute præſtantiſſimus, non aſpiratus *Eros* eſt amor: aſpirata *Hora* eſt diurni temporis particula, non aſpirata *Ora* eſt margo quantitatis cuiuſq; continuæ permanentis: aſpiratus *Halo* eſt circulus metereologicus circa Solem aut Lunam apparens, nõ aſpiratus *alo* eſt idem quod nutrio; *Hamatus* cum aſpiratione uncinatus eſt: *Amatus* ſine aſpiratione dilectus eſt, demumque ne plura congeram, *Ara*

r de Nõ. mut.

ſ de mũd. c. 7.

non

non aspirata est Altare Numini sacrum, *Hara* cum aspiratione stabulum est, & caula porcorum.

De *Arena* non aspirata, quod areat, veram etymologiam sequor: sed quod aspirata dicenda sit *Harena*, quod hæreat, non ita facile dedero. quia de se siccissima materies hærendi conditionem non habet, ullam, & ubi forinsecus accepto glutine iam hæret, illico desinit esse arena, in saxum conuersa, sicuti nos edocet Aristoteles, inquiens, (*t*) *Qui in aqua sunt lapides e forti undarum collisione fiunt. Nam primum spuma fit, mox coagulatur hæc in molem, lactis unctuoso non absimilem. dum vero unda arenæ alliditur, congregat arena hanc, veluti unctuositatem spumæ, et desiccat illam maris siccitas cum multa salsedine; quo modo partes arenæ coguntur, temporeque procedente lapides fiunt. Significatio vero, quod mare per se se arenam faciat, ea est, quod terræ omnes gustu dulces non sunt* &c. additque mox: *Duriorem quoque efficiens terræ durities, pro facultate scilicet propriæ fixionis, aquæ substantiam, lutum in partes exiguas diuidit: quapropter terra mari vicina arenosa est. Sic campi, dum non habent, quod a Sole eos operiat, & ab aqua dulci procul absunt. Siccat enim Sol dulcis humiditatis partes, remanetque quod de genere terræ est. Et quia Sol in eo loco non tecto perseuerauit, separantur luti partes, & inde arena fit. Huius rei signum est, quod quum in huiusmodi loco in profundum foderimus, inueniemus lutum natiuum; & erit is arenæ radix, nec arena fiet, nisi per accidens. Contingit autem istud, quia motus Solis illic moretur diutius, & ab aquis dulcibus longa distantia est.* Quam doctrinam experimentum comprobat. Etenim Libyæ deserti sunt arenosa loca, sine plantis arboribusue prorsus ullis, quibus ea tellus a Sole cooperiatur, sed æstuanti Soli exposita dici potest in æstate fere perenni procul a dulcibus aquis, arenam habet maximam, ex luto factam vi Solis omni prorsus humiditate priuato. Sic ergo arena de se non hæret, omni penitus humore glutinoso destituta,

t 2. de pl. c. 1.

tuta, & dum hæret, humore quopiam undecumque sibi conquisito, non amplius, vel non adhuc est arena, sed lapis in mari, aut lutum etiam procul a mare in campis. Hic mirari non desino Scaligerum, qui sic hunc Aristotelis locum carpit, (u) *Auditis hominem, qui medio in mari nihil habeat salis, unde condiat orationem suam. Mittam vero audaciam: Negare dulcibus in locis arenam reperiri: An vero fluuios nullos eius terræ, cuius iste sit ciuis, arenas alluere? Tam misere, ne dicam uæcorditer, immemor sui, mox ut in campis irriguis aqua dulci scribat arenam generari.* Licet autem condonandum sit eius ætati iuuenili, qua scripsit ea commẽtaria, simul & eius opinioni, qua credidit hos libros de plantis non esse genuinos Aristotelis: attamen neque satis ostendit eos Aristotelicos non esse, neque iure carpit allatam Philosophi sententiam. namque primum falso illi imponit, quod negauerit dulcibus in locis arenam reperiri. negauit arenam in dulcibus fluuiis oriri fierique posse, non in iis esse, vel circa illos, quã alluant. mihi certe longe diuersum est, arenam in dulcibus fluuiis fieri non posse; quod ait Aristoteles: & arenam in dulcibus locis non inueniri, quam alluant fluuii, quod perperam attribuit Aristoteli Scaliger. nam fluuii transeuntes utcumque per arenosa loca, possunt eam alluere, simul & cum terra cõportare in partes longinquas, & ad marginum oras deponere. Deinde nec minus audacter illud alterum imponit Aristoteli Scaliger, quod asseruerit, in campis irriguis aqua dulci arenam generari, quum longe secus asserat Aristoteles perspicuis verbis, *in campis arenam fieri, dum non habent, quod a Sole eos operiat, & ab aqua dulci procul absunt.* Sane campi irrigui aqua dulci, nec ab aqua dulci procul absunt, nec arboribus & plantis carere possunt, quæ ipsos operiant a Sole. Magna est vis æstus contradicendi, quæ virum insignem impellere potuit ad hęc imponenda Philosophorum Principi. Quare iam aspi-

u com. in 2. lib. Ar. de pl.

ratio

ratio danda non eſt *Harenæ*, quod hæreat, ſed procul ab aſpiratione vere dicitur *Arena* quod areat, humiditatis exors. Ceterum quod aſpiratione, præter etymologiæ vim, gratius *Harena* ſonet, quam Arena non aſpirata, id aurium purgatiorum eſto iudicium; mihi certe gratius *Arena* nō aſpirata ſonare videtur quam *Harena* cum aſpiratione, ſicut & *Inſidia* Catullo quam *Hinſidia*, pariter & non aſpirata *Commoda*, quam aſpirata *Chommoda*. Quod autem inſuper addis de Caſaubono, qui notauerit indicio Cuiacii, priſcos uſurpauiſſe aſpiratum *Haue* pro non aſpirato *Aue*, non caret eruditione ſua. nam obſeruo Veteres habuiſſe ſalutatorias voces alias, quibus & mane uterentur, & veſperi, qua de re Dio Caſſius in Adriano ſcribit: *Fuit & Cornelius Fronto magnæ autoritatis, qui in agēdis cauſis Romæ primum locum obtinebat. Hic quum veſperi a cœna domum rediſſet, intellexiſſetque ex eo, cui patrocinium pollicitus erat, Principem ius reddere, veſte cœnatoria indutus, ut erat, in ius venit, eumque ſalutauit, non verbo Salue, quæ matutina eſt ſalutatio: ſed Vale, quæ veſpertina eſt, uſus*. Ita Dionem vertit Xylander: ſed aliter Cœlius aiens, (*x*) *Cœnatoriam veſtem* dipnitida *vocant Græci; unde eſt illud Dionis in Adriano: Cornelius, inquit, Fronto per veſperi quandoque ab cœna domum repetens, officium cuidam præſtiturus*, en poli dipnitidi, *eſt iudicium ingreſſus, ac iudices ita ſalutauit, ut non matutino uteretur verbo* chaere, *ideſt Aue: ſed veſpertino* hygiæne, *quod Salue interpretatur. In codicibus Latinis Senatoria veſtis pro Cœnatoria legitur nōnunquam, ſed mendoſe, ut liquet.* Conſtat igitur apud antiquos aliam eſſe vocem ſalutationis matutinæ, atque veſpertinæ. Quin & in congreſſu pariter ac in digreſſu variis vocibus ſalutatoriis utebantur. etenim congredientes amici ſalutant ſe verbis *Aue*, *Salue*; digredientes autem *Vale*, *Valete*. Sic apud (*y*) Virgilium.

x l. 16. c. 11. f.

y 5. Aenei.

Salue Sancte parens, iterum ſaluete recepti

Nequic-

Nequicquam cineres, animæque umbræque paternæ.

Salutat Aeneas patrem, cui multo antea vita defuncto, nouum sepulcrale sacrificium facit, & inferius adiens terram Italam sibi fatis promissam similiter ait, (z)

z lib. 7. Aen.

Continuo, Salue fatis mihi debita tellus,
Vosque, ait, o fidi Troiæ saluete Penates:
Hic domus, hæc patria est. &c.

Sed in discessu a Pallante amico defuncto salutandi verbo utitur alio dicens, (a)

a lib. 11. Aen.

------- Salue æternum mihi maxime Palla,
Aeternumque Vale. Nec plura effatus ad altos
Tendebat muros, gressumque in castra ferebat.

Vbi Seruius, *Varro in libris Logistoricis dicit, ideo mortuis salue, & vale dici, non quod valere, aut salui esse possint; sed quod ab his recedimus, eos nunquam visuri. Hinc ortum est etiam ut maledicti significationem interdum Vale obtineat: Vt Terent. Valeant, qui inter nos dissidiam volunt, hoc est ita a nobis discedãt, ut nunquam ad nostrum reuertantur aspectum. Ergo quum mortuis dicimus, vale, non etymologia consideranda est, sed consuetudo, quod nullis vale dicimus, nisi a quibus recedamus.* Ego tamen etiam in hac mortuali salutatione locum habere reor etymologiam, quia mortuorum animæ supersunt salutis, & pœnarum capaces, quum veteres, maximeq; Virgilius, posuerint Elysios campos, in quibus animæ defunctorum feliciter agebant, & interna loca, in quibus cruciabantur. Ait enim sub Anchisæ persona filium Aeneam (b) alloquens,

b 5. Aen.

Congressus pete nate meos: non me impia namque
Tartara habent, tristesque Vmbræ, sed amœna piorum
Concilia, Elysiumque colo: huc casta Sybilla
Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.

Mortuis ergo precantes antiqui beatam sedem in Elysiis, æternum saluere, simul ac æternum valere iubebant: quod ea vita foret illis æterna, sed viuentibus amicis disce-

discedentibus valere simpliciter dicebant, quod eorum vita mortalis esset; diuque valere quoque precabantur, diuturnam incolumitatem imperantes. Verum enim vero quum in mortuorum salutatione loquerentur ex affectu magis, ob animi maiorem passionem, quam in viuorum amicorum discessu congressuque; propterea fortasse viuis non aspirabant *Aue*, sed mortuis aspirare consueuerunt *Haue*, prisci scriptores; & non solum mortuis, at etiam viuentibus, quos maiori affectu salutabant, aspirabant *Haue*; ceteris leuiter dicebant *Aue*. Quin & mortuis dilectioribus aspirabant *Haue*, reliquis leniter *Aue* dicebant minus animo commoti. Quod insuper adiungis de aspiratione promiscue admissa, & omissa in antiquis inscriptionibus legentibus ęque YGIA, & HYGIA: cogitandum est, ne forte nomina ista Græca, quoties minutis characteribus descripta fuerint, aspirata legantur; at in maiusculis elementis posita non aspirentur, quod ille spiritus densus a Græcis affigeretur solum minusculis literis, non item maiusculis. ita scribentur *hygeia*, & YGEIA. quem morem etiam posterior ætas absque vitio seruauit in MS. & in prælo cusis operibus, ut unicuique notum est. Vtrum vero spiritus aspirationis densus more Græcanico supra literam aspiratam poneretur ab antiquioribus Latinis, an inter literas H locaretur, ut recentiores efficiunt, an utroque modo fieret, non ita res euidens est. Certe Gellius tertiam postremam hanc sententiam probare videtur, inquiens, (*d*) *Sed quoniam aheni quoque exemplo usi sumus, venit nobis in memoriam, fidum optatumque multi nominis Romæ Grammaticum ostendisse mihi librum Aeneidos secundum, mirandæ vetustatis, emptum in Sigillarijs viginti aureis, quem ipsius Virgilij fuisse credebat; in quo duo isti versus quum ita scripti forent.* d lib. 2. c 3.

„ Vestibulum ante ipsum, primoq; in limine Pyrrhus
„ Exultat telis, & luce coruscat aena.

additum supra vidimus H literam, & ahena factum. Sic in illo quoque Virgilij versu in optimis libris scriptum inuenimus,

„ Aut foliis undam tepidi despumat aheni.

Forte vero quum Virgilius assuetus Homeri lectioni, morem Græcanicum inopinato secutus in dictione aeni spiritus densi notam posuisset, postea correxit, Latinæ dictioni literam *H* adiiciens.

Ceterum, ut iam post expensas abs te propositas dictiones alienas, aspirationem aut admittentes, aut respuentes, redeamus ad *Petrarchæ* cognomen; nobis in eo placet aspiratio; tum quod a pluribus, ac fere omnibus accipitur. Etenim Aristoteleo decreto, (*e*) *Determinare quæ oportet dicere, & quæ non. Vtile enim & ad construendum, & ad destruendum: ut quod nominationibus quidem res nuncupandum ut plures; quæ autem sunt, taliane, an non talia, non amplius attendendum ad plures; ut salubre quidem dicendum effectiuum sanitatis, ceu plures dicunt; utrum autem propositum effectiunm sit sanitatis, annon, non amplius ut plures dicendum, sed ut Medicus.* Quod etiam Cicero notauit in proposito de aspiratione scribens, (*f*) *Quin ego ipse quum scirem ita maiores locutos esse, ut nunquam nisi in vocali, aspiratione uterentur; loquebar sic ut plures, & Cetegos, Triumpos, & Cartaginem dicerem: aliquando, idque sero, conuicio aurium quum mihi extorta veritas esset, scientiam mihi reseruaui.* Quanto magis aspirandus est *Petrarcha*, cui multitudo doctiorum aspirationem tribuit? Sic ergo cum pluribus *Petrarcham* aspirabimus. Et eo magis, quo nemo de proprii cognominis orthographia peritior esse potest, quam ipsemet Petrarcha, ut literatissimus. etenim adeo peritum esse quemque decet, vel idiotam hominem de proprio nomine, ut inter admirabilia, portentosaque reponat ipse (*g*) Thucydides, & ex eo (*h*) Lucretius, atq; (*i*) Galenus mortales illos, qui conualuissent e teterrima peste Atheniési, rerum omnium, ac suimet ipsorum ignorantiam incurrisse;

e 2. Top. c. 5.
f 2. de Orat.
g l. 2.
h l. 6.
i 2. de symon. caus. c. 7.

risse; scribente Thucydide quidem, *Nonnullos autem, quum e morbo conualuissent, & e lecto surrexissent, statim omnium peræque rerum obliuio capiebat, nec non & seipsos, & familiares, ac necessarios suos* ignorabant. Lucretio vero,

„ Vsque adeo mortis metus his incesserat acer.
„ Atque etiam quosdam cæpere obliuia rerum
„ Cunctarum, neque se possent cognoscere ut ipsi.

Galeno autem: *Vidimus enim quosdam, qui & literas & artem omnino fuerant obliti; immo nec propria nomina meminerāt; cuiusmodi aliquid Athenis in peste accidisse memorat Thucydides: quosdam enim ex ijs, qui euaserant, & seipsos, & suos ignorauisse. Iam visi sunt & propter extremum senium nonnulli similibus symptomatibus tentari.* Quum igitur oculato tuo testimonio constet, extare librum Latinum, *Petrarchæ* poetæ nostri manu propria scriptum, in bibliotheca Vaticana Romæ sub numero 3195. in quo *Petrarcha* suo cognomini dederit aspirationem, quis audeat ab eo spiritum istum amouere? quis magis credat versiculo monumenti *Petrarcæ* aspirationem eripienti, quam viuo digito *Petrarchæ* in suo libro proprium cognomen aspiranti? Quis huic testimonio de proprio viri sani, docti, & vigentis, ullam unquam rationem undecunque petitam anteponere iam audeat? Ceterum neq; ratio deest efficax huic orthographiæ *Petrarcham* aspiranti: prima quidem, quod etiam optione data, pulchrius atque nobilius elegerit sibi cognomen vir insignis: *Petrarcha* siquidem dicitur e Græco *Petra-archi*, hoc est *Petra-Princeps, primariaue*: quum autem allegorice *Petra* signet claros & inclitos homines, quæ princeps est atq; primaria (vox enim *archi* & *archæos* principatum, siue primatum indicat Græce) inter claros clarissimum; & inter præstantes præstantissimum virum designat. Quod cognomen ut perhonorificum, & nobilius, ita viro summo recte congruens fuit, illique placuit magis quam aspiratione carens vocabulū *Petrarca*, quod

lapideam-arcam dicit, quæ dignitate cedit *Petræ-Principi* Petrarcham aſpiranti. Petra namque Princeps adamas eſt, aut alia quæuis pretioſa, præſtantior quam arca lapidea. Quin etiam ex adamante ſi fuerit arca, debuit potius a nobilitate pretioque lapidis primarii cognominari, quam a figura lapidi ab artifice indita. nam veteres a præſtantia lapidum Anulos paſſim Smaragdos, Adamantes vocabant, omiſſo Anuli vocabulo, non de figura ſoliciti, ſed de gemma, uti conſtat ex Martiale, laudante
lib. 5. Epig. 11 plures Anulos amici Stellæ hoc epigrammate,

„ Sardonychas, Smaragdos, Adamantas, Iaſpidas uno
„ Portat in articulo Stella, Seuere, meus.
„ Multas in digitis, plures in carmine gemmas
„ Inuenies: inde eſt hæc, puto, culta manus.

Sed altera ratio magis propria eſt, quod æuo viri præcelſi cognomina deſumi paſſim conſueuerunt apud Etruſcos a nomine proprio Patris, ut paternum nomen facile cederet in cognomen filiorum. Ita de Dante refert Lãdinus commentator in eius Vita, cuius dicta ſic ad verbum Latine ſonant: *Eſt igitur fama conſtans, a multis, nec exiguæ autoritatis, nec ignobilibus ſcriptoribus ſemper adaucta. Ex nobili familia Frangipana, quæ Romæ fuit Ordinis Senatorij, & ex qua ortum habuit Diuus Ambroſius, natum fuiſſe Heliſeũ. Qui, reſtaurata Vrbe noſtra a Carolo Magno, Florentiam venit; & poſuit ſuum domicilium in Sexto Sancti Petri, prope Donatos, & Pazzos. A quo ſucceſſores, relicto nomine Frangipanorum, denominati fuerunt Heliſei: & in Republica diu floruerunt. Inter hos extitit Cacciaguida, cui deſponſata fuit Virgo Ferrarienſis e nobili familia Aldigheria. Quapropter unum filiorum, qui ex ipſa nati fuerunt, nominauit Aldigherium. Iſte, quia fuit ob ſuas excellentes virtutes in ſumma autoritate & veneratione in Republica, ſicut Heliſeus mutauerat nomen Frangipanorum, ita mutauit nomen Heliſeorum; & ab eo dicti, fuerunt Aldigherij:*

rij. Sed postea sublata litera d, non Aldigherij, sed Aligherij nominati fuerunt. & mox: *E successoribus primi Aligherij ortus fuit alter eiusdem nominis, & ab isto genitus fuit Dantes noster poeta Anno salutis MCCLX.* Pariter Marsilius Ficinus audit, cognomine sumpto a Patre suo, cui nomen Ficinus erat; ut ipse (*) testatur in epistola dudum ad Franciscum Marescalcum scripta. Non aliter sane Franciscus *Petrarcha*, centum circiter annos postea, cognominatus est, quod ex patre *Petrarcha* natus fuerit, vel *Petrarcho* Parentii filio, qui clarissimus fuit Reformationum scriba. Qua de re, præter ea quæ notasti dudum in tuo *Petrarcha* (i) *Rediuiuo*, locuples testimonium habemus a Squarzaficho, describente Poetæ vitam, dum ait: *Fuit igitur Franciscus Petrarcha genere Hetruscus, Florentinus origine, & antiqua, & fortuna mediocri, patre Petrarcho, matre Læta.* Petrarchi vero nomen aspirare consueuerunt Etrusci, ut & Græci nomina consimilia, Plutarchum, Dicæarchum, Nearchũ, Polemarchum, Aristarchum, & huiusmodi cuncta, præcipue Florentini, qui supra Græcos omnes familiarissimam habent aspirationem. Demum & aspirauit in suo testamento fratris germani *Petrarchæ* gentile cognomẽ, haustum ab eodem patre *Petrarcho*, siue *Petrarcha*, Franciscus ipsemet scribens manu propria ipsissima verba: *Hæc iure testamenti, seu alterius ultimæ voluntatis, seu quocunque alio modo melius valitura, conscripsi manu propria, Paduæ in domo Ecclesiæ, quam habito, Anno Domini MCCCLXX. pridie Nonas Aprilis. Et Nicolaum filium quondam Ser Bertolamæi, ac Nicoletum filium Ser Petri, Notarios infrascriptos rogaui, prout in eorum subscriptionibus infrascriptis continetur. Vnum addo, quod statim post transitum meum, hæres meus scribat super hoc meo fratri germano Monacho Chartusiensi, qui est in Conuentu de Materino prope Massiliam, ut det sibi optionem, utrum velit centum Florenos auri, aut singulis annis quinque, vel decem, sicut sibi placet: & quod ipse elegerit, illud fiat. &c.*

*lib. 1. Epist.

i cap. 1.

Ego

Ego Franciſcus Petrarcha ſcripſi, qui teſtamentum aliud feciſſem, ſi eſſem diues, ut vulgus inſanum putat.

Non eſt autem veriſimile, credibileve, teſtamentum a *Petrarcha* manu propria conſcriptum, inter eius opera nō religioſiſſime tranſcriptum fuiſſe, cum eadem prorſus orthographia, potiſſimum proprii cognominis. Itaque mihi tecum, & cum maiori numero doctorum ac eruditorum hominum, aſpirandus eſt Petrarcha.

Hæc mihi de propoſito Quæſito circa vocabulorum complurium aſpirationem in mentem venere, quæ chartæ committerem, tuoque iudicio ſubjicerem. Tu ea boni conſule, meque amare ne ceſſes. Vale. Dabam Bononiæ, Pridie Idus Nouembris MDCXLIV.




SYL-

SYLLABVS OPERVM.

QVIBVS FRVITVR ORBIS, ob solitaria Petrarchæ Studia.

Gulielmus Rouillius in Libro Annotationum Impresso Lugduni Anno 1576. mentionem faciens de Vico Arquadæ, & de Pago Linterni, hisce loquitur Verbis. Et vltimò nobis inseruient, loco compendiosæ Enarrationis, ac Syllabi.



Assò da questa à più felice Vita il Petrarca adi 18. di Luglio dell' Anno 1374 & della sua Età l' Anno Settuagesimo, in vn luogo lontano dalla Città di Padoua dieci miglia, verso li Monti Euganei, chiamato Arquà, oue fu con grandissimo honore sepelito, dauanti la Porta della Chiesa, in vn Archa posta sopra quattro Colonne, con li sottoscritti Epitafi. Vide 158

Frigida Francisci, lapis hic tegit Ossa Petrarcæ
Suscipe Virgo Parens animam, Sate Virgine parce,
Fessaq; iam terris, Cœli requiescat in Arce.

Viro insigni Francisco Petrarcæ Laureato, Franciscolus de Borsano, Mediolanensis, Gener, Indiuidua Conuersatione, Amore, propinquitate, & successione, memoria.

Moritur Anno Domini 1374. die 18. Iulij.

IN Arquà restò la sua recondita Libraria di Linterno, donde si era partito dell' Età di 66. Anni, lasciatosi presuadere, che la mutatione dell' aria, hauerebbe leuata la incominciata Febre

famigliare. Questa Libraria conteneua vnitamente i suoi duoi Parnassi, formati già in Valchiusa, & in Parma; oltre moltissimi altri Libri incessantemente raunati, per lo spatio d'Anni 45. da ogni parte del Mondo, particolarmente in Mompelieri, in Bologna, in Pauia, in Verona, in Venetia, in Genoua, & altre Città.
Vide 14 *Restò quiui segnalatamente il Libro di Vergilio, e della Rhetorica di Cicerone, liberati dal fuoco, con sue lagrime, quali come priuilegiati, teneua in vn Scrigno honoreuole, lasciato poscia à Lodouico Gonzaga, Signore di Mantoua; hauendo sopra per Inscritione questo Distico.*

Compulit ira Patrem celebres incendere Libros.
Euicit Flammas Tullius, atq; Maro.

412 *Linterno era vna sua diletta Solitudine, assai delitiosa, poco discosta da Milano, contigua à Quarto, e vicina à Baggio: così detta da lui per veneratione di Linterno, già Solitudine di Scipione Africano. Ed iui anche hoggidì vedesi, con ammiratione, massime d'Oltramontani, l'antica sua Casa, da lui stesso fabricata moderatamente, e con qualche vestiggio de delitiosi passeggi, di cui era arricchita nobilmente. Il qual Luogo vien chiamato*
142 *goffamente da Villani, in vece di Linterno: Linferno.*

In calce autem eiusdem Vitæ à dicto Rouillio conscriptæ, hæccæ leguntur Verba.

PER sgrauio del medesimo Petrarca, deuesi sapere che non aspettò già in fine di sua vita à raffrenare i suoi affetti pericolosi benche honesti; mà trent'anni prima vi si applicò
81 *tutto, ritirandosi poscia à quest'effetto in essercitij di Virtù, nel-*
83 *la Solitudine, già accennata di Linterno. E coloro che dissero*
142 *hauer egli hauto iui vna Figlia Naturale, sono in errore euiden-*
180 *tissimo, poiche per vna parte è chiaro che egli si fabricò, & si aggiustò questo luogo di Solitudine l'Anno 1351. riceuendo il Possesso del medesimo Podere, da Nicolò Feo, suo Compatriota; Podestà di Milano, mentre in Età d'Anni 47. erasi già tutto inferuo-*

feruorato in Roma, nel ſolo amor di Dio, e dell'eterna ſalute, con occaſione dell' Anno Santo. E per l'altra parte è noto ad ogn'vno, che ſoleua riconoſcere per gratia ſpeciale dell'Omnipotente: che nell' Età d' Anni 40. *foſſe rimaſto libero affatto da ogni minima ricordanza di ſenſo, come ſe già mai haueſſe ſaputo eſſerui Seſſo Feminile al Mondo; E che in oltre diuenne tanto zelante della* Vide
Caſtità, che fuggiua à tutto potere anco la viſta, & il parlar ſolo 180
delle Donne, anzi per mantenere dichiarata vna totale eſcluſione di Donne da queſti ſuoi Luoghi di Ritiramento; coſtumaua chiamarli con ſuoi Scrittori, con ſuoi Seruidori, e Foraſtieri, col Titolo de Chioſtri Ambroſiani.

Le Virtù che eſſercitaua in queſta Solitudine erano in parti- 202
colare: l' Auſterità Heremitica: il viuere de cibi groſſi, de frutti d' Arbori, e d' Herbe crude: il bere parcamente Vini leggeriſſimi, e frequentemente ſolo Acque correnti: il dormir veſtito: il leuarſi à mezza notte a recitare le diuine Laudi, & à nutrire il ſuo ſpirito in diuota contemplatione: il digiunare quattro giorni la Settimana, & il Venerdì in pane, & acqua: il recitare in ginocchio, ogni Sabbato tutto il Salterio, con lagrimante deuocione; & 192
altre ſimili opere, che li ſoggeriua la Conuerſione di tutto il ſuo Amore in Dio, e di tutto il ſuo ſtudio in profitto dell' Anima.

Onde eſſendo vniuerſalmente conoſciuto per Pudico, Sobrio, Dotto, Irrepenſibile, & Ornato di tutte le altre Epiſcopali qualità, venne elletto per Veſcouo da Clemente Seſto; mà egli ſtimando 53
queſta ſua Tranquilla Ritiratezza, più che gli Honori di Salomone, e che i Regni di Creſo; riſpoſe con humil Ringratiamento al Pontefice, terminando riuerentemente la medeſima riſpoſta di rinuntia, con queſte parole: Alijs Infula, & mihi LINTERNI Filamenta; *E racontaſi ſimilmente, che eſſendo da Viſconti, Signori di Milano, mandato Ambaſciatore à Carlo Quarto, con occaſione della Guerra trà Venetiani, e Genoueſi; gli eſebì l' Imperatore per la Perſona ſua, ogni Fauore; mà facendogli vltimata inſtanza, perche egli ſteſſo diceſſe, à qual Grado, per Ornamento de ſuoi Talenti, gradirebbe maggiormente*

esser promosso, ò Ecclesiastico, ò Militare Cattolico, e Meritorio, rifiutò l'Honore, con queste espressiue parole: NEVTRO, SED AD INTERNA LINTERNI ORNAMENTA.

E poiche haueua ben impressa quella sua Massima, tante volte da lui replicata: cioè che i Letterati si sollenano di quà giù, alla Celeste Gloria per Via più spedita, & aperta, e per più alto Sentiero; era cōtinuamente (leuato il tempo delle sue deuotioni) del tutto immerso ne Studij; e come Poeta Historico, Oratore, Filosofo, e Teologo, era sempre intento ad amanire diuerse Opere, di varie materie. Et à Linterno, Ricetto Tranquillo à lui, & a suoi Studij, manteneua del continuo occupati sei Scrittori. E quando

Vide occoreuagli absentarsi, per Ambascierie de Prencipi Visconti

53 (loro Consigliere) ò per altre occasioni; lasciaua la soprintenden-

55 za de Scrittori à Lelio Motrone da Motrone Caualiere Calatren-

231 se Oriondo Romano: Huomo di gran sapere, di gran spirito, e di grandissima prattica nelle Antichità Romane, come alleuato nella Famosa Biblioteca di Paolo, suo Padre. E questo mai abbandonò il Petrarca dal primo giorno, che seco (come Lucilio ad Anneo) s'accompagnò; che fu l' Anno 1344. mentre andando da Napoli à Roma, si fermò à Motrone, Fortezza anticha dei Rè di Sicilia, chiamata la Rocca dei duoi Leoni, per li duoi Assalti datigli dal Rè Carlo, e dalla Republica Fiorentina.

Si diede sopra ogni Studio, all'intensa lettione delle Sacre Lettere, scoprendoui quelle occulte dolcezze, che in giouentù, vaga d'ornamenti non haueua conosciuta: & ne diuenne studiosissimo.

Godeua sommamente in riuolgere Scritti de Santi Padri, e specialmente quelli di S. Gerolamo, S. Gregorio, S. Ambrogio, e

18 S. Agostino. Et il Libro suo in particolare, de Confessione, donatogli dal Cardinal Colonna, haueua sempre in mano, quando si tratteneua solo, ne Passeggi della sua Solitudine.

Pose parimente Opera grandissima nella Morale Filosofia; e ben leggonsi le Opere sue piene di Filosofici Sentimenti, e Dogma Moralissimi, riportandone communemente appresso de tutti, il Titolo di Diuinissime. E tali sono veramente, i sette Salmi

Peniten-

penitentiali, scritti quiui da questo Coronato Poeta, ad imitatione del Coronato Profeta. Tali i Libri di Vita Solitaria, già principiati in Valchiusa, mà formati, e perfettionati à Linterno. Tali i Libri De Remedijs vtriusq. Fortunæ: I Dialogi de Vera Sapientia: I Libri de Ocio Religiosorum: De Contemptu Mundi. De Virtutibus Imperatorijs: De Republica optimè administranda: De pacificanda Italia: De Rebus Senilibus: e moltissime altre Opere, quiui del tutto composte, ò se altroue cominciate: quiui perfettionate; benche non tutte venute alle nostre mani. Vide 24 29

In questa medesima Solitudine trasse da profonde, e lunghe tenebre, in aperta, e viua luce, le buone Lettere Latine, da mille anni sepolte; procurando à publico beneficio del Vniuerso, con grosse spese, e con fauori grandi de Potentati, di scauernare le Opere Insigni, che hormai più nō si vedeuano. Impiegaua perciò, non solo l'Entrata sua honoreuole, che annualmente auanzaua dalla sua moderatione, e parsimonia; mà anche tutti i Donatiui ricchissimi, che quiui haueua da Pontefici; dall'Imperatore, dal Rè di Francia; da Visconti; da Gonzaghi; da Estensi, da Colonnesi; dalle due sue amoreuoli Republiche; e dalla liberalità d'altri Prencipi. 16 19 68

Quiui dunque da suoi Scrittori, à beneficio e profitto commune (non essendoui ancor Stampa) faceua far Copie de Libri procurati da diuerse parti, in particolare de quelli, che hebbe già à Leodio, presso a Suizzeri, oue andò in persona, per la notitia d'vna Libraria, copiosa, & antica; vago di sapere in fonte le cose antiche. E sono il Dialogo dell Oratore: le Leggi imperfette: Due libri di Gloria: le Tusculane: Lelio: Cattone: De Offitijs: le Epistole ad Atticum & le Epistole Famigliari. 202

All'istesso effetto pure mandò Francesco Motrone (Figlio del Caualier Lelio, Soggetto di gran parti, Segretario diletto di Galeazzo Visconte) da Linterno fino in Grecia, per alcune Orationi di M. T. C. che gli mancauano. E con l'istesso mezzo si procacciò Homero, con grosso pagamento, & lo fece far latino à sue spese, da Nicolò Syocero, grand'Interprete dell'Imperatore 18

di

di Constantinopoli. Ed insomma per la gran cura c'hebbe il Petrarca di raunar quiui Libri delli Antichi in ogni facoltà; si sono poscia diuulgate tutte le Opere, latinamente tradotte di Platone, di Aristotile, Horatio, Giulio Cesare, Tito Liuio, Seneca, Lattantio, Plinio, Aulo Gellio, Lucio Floro, Valerio Massimo, Hesiodo, Euripide, e mille Altri.

Vide Quindi parimente si rinouellò in Italia la lingua Greca, mediãte l'aiuto del Caualier Lelio, e di Barlaamo Greco da Calabria,
12 (che fù poi Vescouo, per opera di detto Caualiere, suo vecchio Amico) fatto venire con ogni honoreuolezza, e mantenuto con ogni splendidezza à Linterno.

Per queste Virtù, e giouamenti si grandi, veniua il Petrarca da tutte le Nationi nominato con gran veneratione; e da tutti i Signori di quella Età veniua desiata l'amicitia sua; ne andaua Personaggio grande à Milano, che non si auanzasse à vederlo trà
62 Libri, in quella sua Solitudine. Pandolfo Malatesta, Signore di grandissimo spirito, mentre ritrouauasi in quella Città, non restando pago delle continue Visite, che da lui compitamente gli erano fatte, e non potendo andar in Cocchio, ne in Litica, per cagione de dolori di Podagra; si facceua à braccio portare da suoi Seruidori, da Milano à Linterno, dichiarandosi di sentire singolarissima consolatione iui, più che altroue; perche trà suoi Libri, e in quel suo Chiostro Ambrosiano, gli pareua per apunto vederlo nel proprio Seggio, e nella propria Reggia.

Pietro Pittauiense, huomo Dottissimo venne dall'estreme parti della Francia, solamente per vedere questo Soggetto, e l'adunan-
64 za de Libri, cauati dalle antiche tenebre.

Carlo Quarto nõ hauendolo trouato à Linterno, ne meno in Città, quando S.M. fu à Milano; lo mandò poscia a leuare quando il medemo Imperatore si trouò in Mantoua; e di là anche lo condusse seco a Modena, & à Lucca. E nella sua dipartenza per Linterno, (per non lasciare, in verun tempo quei Academici, e quei
62 Scrittori priui d'ambi i suoi Luminari) all'arriuo del Caualier
23 Lelio chiamato ancor esso da S. M. lo raccomandò, col Compa-
345 gno à Lodouico Gonzaga, & al Marchese da Este, con dimostra-

tione

tione di stima, & affetto Imperiale: nominando questa degna Coppia Castore, & Polluce dell' Antica Eruditione.

Pietro Belforte (che fù poi Papa) Nipote d'Innocenzo Sesto, andò colà à godere personalmente i suoi talenti, & à far ogni opera per leuarlo da quella Solitudine di Linterno, e condurlo appresso la Persona del Pontefice, suo Zio vgualmente Amatore de Virtuosi; stimando che con questa sola Condotta hauerebbe sodisfatto compitamente alle ardentissime brame di Sua Santità, che erano di hauer seco Huomini Insigni, in ogni qualunque Facoltà.

Altri Personaggi pure di gran qualità, da remotissime parti veniuano à trattenersi seco, almeno per qualche tempo: e molti non hauendone veruna entratura, mandauano auanti nobilissimi doni per farsi addito con esso lui. Et egli daua à tutti Trattenimenti proportionati, à qualsiuoglia Scientiato, ò Curioso in qualunque Materia, con mesto Frutto di buona Spiritualità, & ingegnosa Vtilità, ò con discorsi, ò con libri.

E nel Teatro Boscareccio de suoi Passeggi, fu segnalatiss. il Trattenimento, che diede al Duca Lionello, Figlio del Rè d'Inghilterra, mẽtre era colà nouello Sposo di Violãte Visconte; facendo formare vn Dialogo da tutti i suoi Accademici. Questi erano trẽta, Sogetti di prima nobiltà, di grande integrità, amati dal Prencipe, e Statisti di timorata Conscienza, e di pronto ingegno, quali per ordinario nell' Accademia loro, soleuano trattare della Ragione di Stato, regolata col timor Santo di Dio. Et erano Ambrogio Visconti Gioanni Pepoli, Giacomino Bosso, Protasio Caimo, Renato Borromeo, Franceo Briuio, Pasino Arconati Astolfo Lãpugnani, Landolfo Pirouani, Rumino Porro, Giulio Cesare Aresi, Ambrogio Settala, Matteo Fiorenza Ottorino Borro, Guglielmo Pallauicini, Ruperto Cittadini, Baldizzo Stampa, Rogerio della Chiesa, Celso Melzi, Antoniolo Resta, Piro Casati, Lucio Cusani, Pietro Panigaroli, Giberto Cauanago, Dionisio Pietrasanta, Ottauiano Archinti, Giouanniolo Gallerati, Erasmo Alliprandi, Hercole Cantone, Carneuario Mandello. Vide 53

In fine sugillò i detti altrui il Caualier Lelio, mirabilmente re-

pilogando, e comentando, col suo acuto ingegno. Ed il Petrarcà licentiò li Accademici, sino alla Rinfrescata, con vna Compositione in Versi, fatta sopra la separatione dell'Anima dal Corpo, e sopra vn suo Nipote, morto in Pauia, di cui hebbe la noua in questo medesimo giorno; conchiudendo spiritosamente per eccellenza, con apportare la Felicità delle Beate Nozze, che fà l'Anima d'vn Pargoletto spirante, con Dio suo Amante Sposo. E tutti ne riportarono segnalatissime Lodi, non solo dal Duca Lionello, mà anche dalle Corti, che l'haueuano accompagnato à Linterno, e particolarmente dal Conte di Sauoia, da altri Prencipi, Baroni, e Titolati Inglesi di gran litteratura.

Quanto poscia fosse efficace, alle occasioni la Ragione di Stato, regolata con rettitudine in Dio, apportata da lui con l'energia della sua Solitaria Penna, basta il dire che hauendo con sue Lettere scritte quiui; procurato che la Santa Sede Apostolica, da Auignone ritornasse à ristabilirsi in Roma; viddesi à merauiglia, con vniuersal giubilo di tutta Italia, riuscito l'effetto. Et ne fece publica dimostratione d'allegrezza con li Accademici sudetti à Linterno.

Vide Attendendo per tanto quiui il Poeta, non à frondi, mà à frutti immarcescibili di Spiritualità, e di Scienza; disprègiaua per questo suo reposto Luogo, tutte le dilitie, e tutte le richezze de
63 maggiori Prencipi del Mondo; & effettiuamente lo dimostrò mentre duoi gran Prencipi dell'Occidente Carlo Quarto Imperatore, & il Rè di Francia; E di più quattro Pontefici, cioè Clemente Sesto, Innocenzo Sesto, Vrbano Quinto, e Gregorio Vndecimo (sommamente desiderando ciascuno hauerlo appresso di se) non poterono giamai con i loro richi Doni, eloquenti Messi, amoreuolissime Lettere, & amplissime Promesse, leuarlo da questa sua Solitudine.

43 Era principalmente tenuto saldo nella sua determinatione, dall'esperienza da lui medesimo fatta, per la quale era solito dire, che solo il tempo della sua Vita Solitaria poteua chiamar Vita; perche l'altro non gli era stato Vita, mà Pena, & Affanno.

Anzi viueua tanto raueduto di quel primo tempo, che la sola

raccor-

raccordanza di esso gli era spesso cagione d'affannati sospiri, e soleua lagrimare di pentimento ogni volta, che sentiua recitare i suoi Versi giouenili, per non esser à tempo di poterli più leuare dalle publiche mani.

Mosso da questi Virtuosi Sentimenti, fece vn Antidotto Penitente, che metteua in abominatione l'Amor profano (per malitia poscia del Mondo hormai smarito) & lo mandò con ansiosa diligenza per le Corti de Prencipi; inuiandolo primamente è Guido Gonzaga, Signore di Mantoua, con la Lettera che comincia: Itala. Vide 28
E prima di partire per Arquà con gran Sospiri, in Linterno, diede al fuoco molte sue Opere per timore di non lasciare cosa Poetica Giouenile, dannosa à buoni costumi, e per dubio, che non haurebbe hauto vita di poterli ben' ordinare, à publica vtilità.

Finalmente il medesimo tenor di Vita, si esemplare, perseuerò à tenere, benche indisposto, il rimanente del tempo sino alla Morte, nella Solitudine di Arquà. E quini se lasciasse egli vniuersal concetto di Virtuosissimo, e Spiritualissimo Sacerdote, e Anachoreta; lo testificarà in perpetuo la diuota Pompa del Funerale, à cui interuenero Vescoui, Prencipi, Titolati, Caualieri, Dottori, Lettori, e quanti Preti, e quanti Regolari si trouarono in Padoua, e nel suo Distretto; portandolo al Sepolcro, come pretiosa spoglia, coperto di Brocato, e sotto Baldacchino di Brocato pur d'oro, fodrato d'Armellini. Mà più espreßamente lo testifica l'Oratione Funebre, che gli fece il Padre Peraga Agostiniano, che fù poi Cardinale di Santa Chiesa. 205 256



Alijs Infula, & mihi LINTERNI Filamenta.



Vetustissima ipsiusmet Petrarchæ lignea Linterni Tabella.

CVRIOSIS
NON INGRATVM ARBITROR SYLLABVM LIBRORVM,
In Membranis, Calamo ſcriptorum; quos Marchio, Dominus Linterni, aura, & auro, prece, & precio; pro primæuo Mediolanenſi Muſeo, ab ipſorum Poſſeſsore Patauij, iuremeritò plurimi faciente, demum obtinuit.

HI VERO' SVNT.



Salterium Dauidicum M.S. ex pergamena in 4.
Breuiarium. ex perg. in 4.
Biblia Sacra. ex perg. in 8.
Carmina Italica. *Voi che aſcoltate.* ex perg. in 4.
Titi Liuij Decades. ex Perg. in 4.
Officium B. Mariæ, & alia Officia. ex perg. in fol.
Cibus Animi pro Religioſis aduentantibus ad Solitudinem Mediolanenſem. ex perg. in fol.
S. Ambroſij Cõmentaria in Epiſtolas S.Pauli. ex perg. in fol.
Eiuſdem. De Iacob, & Beata Vita. & ſimul.
S. Cypriani de Mortalitate, & Pęnitentia. ex perg. in 8.
Eiuſdem, Exameron. ex perg. in 4.
S. Auguſtini De Ciuitate Dei. ex perg. in fol.
Eiudem Enchiridion; Simul cum Libris Diui Bernardi ad Eugenium. ex perg. in 4.
Eiuſdem Contra Epiſtolam Parmeniani; Simul cum Libro Inſigni Paſchaſij Ratberti. De Corpore, & Sanguine Domini

mini

mini. ex perg. in 4.
Origenis Opera. ex perg. in fol.
Venatio Sapientiæ in Solitudine. ex perg. in fol.
Aurora Solitaria, pro Festis Sáctorum. ex perg in fol. paruo.
Mediæ Noctis Directoriũ Contemplantis. ex perg. fol. par.
Nicolai de Lyra super Danielem. ex perg. in fol.
Hortulus Solitudinis. ex perg. in 4.
Eradicatio Mali, & Cultura Boni in Solitudine. ex perg. in 4.
Manipulus Florum in Solitudine, ex perg in 4.
Festiua Solitudo, ideſt Obſeruationes de Sanctis. ex perg. in fol.
Sylua Syluarum in Solitudine. ex perg. in fol.
Vgonis Cardinalis in Librum Eccleſiaſtici. ex perg. in fol.
Norma Veræ Vitæ. ex perg. in fol.
Deambulatio mentis in Deum, in Vere. ex perg. in fol. par.
Calefactio Animæ, in Hyeme. ex perg. in fol. paruo.
Refrigeratio in Æstate, videlicet Dicta Salutis, & De Purgario, & Suffragijs. ex perg. in 4.
Fructus Autumnales pro Æternitate. ex perg. in 4.
Scripturale Theatrum. ex perg. in 4.
Epistolæ S. Pauli, & Cantica Canticorũ cum Gloſsa. ex perg. in 4.
Amplexus Solitarij cum Vero Bono, per Euangelia, ex perg. in 8.
Martyrologium, & Regulæ Canonicorum. ex perg. in 4.
Sylua Sententiarum, & Sermones. ex perg. in 4.
S. Ioannis Damaſceni Libri quatuor, ex perg. in 4.

Sancti

Sancti Clementis Libri decem ex perg. in 4.
S. Bernardi Sermones. ex perg. in 8.
Eiusdem opusculum. ex perg. in fol. paruo.
Speculum Speculantis in Solitudine. ex perg. in 8.
Expositio Ieremiæ Abb. Ioachim. ex perg. in 4.
Aduena Scripturalis. ex perg. in 8.
S. Bonauenturæ Sermones. ex perg. in 8.
Prophetæ Minores; & alia quædam Fragmenta. ex perg. in fol. extraordinariæ magnitudinis.
Iuris Canonici Decretum cum Glossa Ad vsum Academiæ, ex perg. in fol. ext. mag.
Codex Iustiniani cum Glossa. Ad Vsum Academiæ ex perg. in fol. ext. mag.
Iuris Ciuilis Fragmenta. ex perg. in fol.
Florea Statio. ex perg. in 4.
Relectiones Solitariæ. ex perg. in fol. paruo.
Cantica. Et Apocalipsis cum Glossa, Nec non Epistolæ Sancti Pauli. ex perg. in 4.
Psalmorum Pœnitentialium Explicatio. Et Sermones aliquot S. Bernardi. ex perg. in fol. paruo.
Aura Tranquillitatis. ex perg. in 8.
Linterni Lectio, pro Spiritualibus Aduenis. ex perg. in fol.
Claustrum Solitudinis. ex perg. in 4.
Prospectus Intimior Suburbanus. ex perg. in 4.
S. Bonauenturę In Librum primũ Sententiarũ. ex perg. in fol.
Eiusdem In Librum Tertium Sententiarũ. ex perg. in fol.
Summa Raymondina. ex perg. in fol.
Gregorij Ariminensis in Librum Secundum Sententiarum. ex perg. in fol.

S. Tho-

S. Thomæ Prima Pars Summæ Theologiæ. ex perg. in fol.
Richardi de Media Villa Commentaria in ſecundum Librũ Sententiarum. ex perg. in fol.
Ægidij Romani Archiepiſcopi, ex Nobili Familia Columnenſium. Expoſitio in Libros Poſteriorum, ex perg. in fol.
Eiuſdem in ſecundum Librum Sententiar. ex perg. in fol.
In ſex Libros Phyſicorum. ex perg. in fol.
Libri Quator Theologici. ex perg. in fol.
Philoſophiæ Diſcuſſionis. ex perg. in fol.
Carmen. ex perg. in 8.
Liber de Cœlo, & Collectio ſecunda Libri Sufficientiæ Ariſtotelis. ex perg. in 4.
Dialectica. ex perg. in 4.
Oeconomia Giordani, peritiſſimi Philoſophi. ex perg. in fol.
Dialectia cum Libello Senecę. ex perg. in 4.
Auerroes de Anima, ex perg. in fol.
Delicium Veſpertinum. ex perg. in 4.
Academicus in vtroq; Hiſtoricus, ſcilicet. De Duplici Orbis Regimine. ex perg. in 4.
Reuocatio iam Exulantis dicendi Facultatis. ex perg. in fol.
Barbaris Caſtris Bellum Indictum Grammaticale. ex perg. in 4.
E Gothicis Sepulchris Grammaticalia. ex perg. in fol. paruo
Peregrinus Indagator Genuinæ Latinitatis. ex perg. in 4.
Excitatio dormientis Eloquentiæ ex perg. in 4.
Rediuiuus Fons ad Humaniores Literas. experg. in 4.

Renon-

Renaſcentia è Barbarie Sæcula. ex perg. in fol. paruo.
Radices Perdulces Nutriendę Solitudinis. ex perg. in fol. par.
Breuiculæ Solitarij Deambulationes. ex perg in 8.
M.T.C. Epiſtolæ Familiares inuentæ, & in ordinem redactę. ex perg. in fol.
M.T.C. De Officijs. ex perg. in fol. paruo.
De Officijs, cum Scolijs, & Annotationibus. ex perg. in 4.
M.T.C Philippicę, & Secreta Secretorũ Ariſtotelis miſsa ad Alexandrum ex perg. in 4.
Virgilius, & Rhetorica M. T. C. ab igne libati, & illibati. in 4 ex perg.
Senecæ Tragediæ cum Annotationibus. ex perg. in 4.
Opera Boetij ex perg. in 4.
Segetes Solitudinis, ey perg. in fol. in 4. & in 8.
In Tecto Solitarius. ex perg. in 4.
Seſſio Solitaria. ex perg. in 4.
Pellicanus Solitudinis. ex perg. in 8.
Montes in Solitudine. ex perg. in fol.
Manſio in Solitudine. ex perg. in 4.
Nox Solitaria. ex perg. in 4.
Aqua Solitudinis. ex perg. in fol. paruo.
Vmbra Palmæ in Solitudine. ex perg. in fol.
Ædificium Solitudinis. ex perg. in 4.
Solitudo Campeſtris. ex perg. in fol.
Speciofitas in Solitudine. ex perg. in 4.
Fuga in Solitudinem. ex per in 4.
Latiſsima Solitudo. ex perg. in fol.

Soli-

Solitudo ab Oriente. ex perg. in f. paruo.
Solitudo ab Occidente. ex perg. in fol.
Solitudo à Meridie. ex perg. in fol.
Solitudo ab Aquilone. ex perg. in fol.
Ductor in Solitudinem. ex perg. in fol.
Locutio ad Cor in Solitudine. ex perg. in 4.
Exultans Solitudo. ex perg. in 4.
Torrentes in Solitudine ex perg. in fol.
Rectæ Semitæ in Solitudine ex perg. in 4.
Saturitas Panis in Solitudine. ex perg. in fol.



SYLLABVS

Nominum, quæ hoc in opere memorantur.

Guidus

D

E

Modius

IN-

INDEX
RERVM, ET VERBORVM MEMORABILIVM.

Manu-

Libro-

Pon-

Veneti

FINIS.

Errata grauiora sic restituantur.

Pag. 3. *difficultatis*. 5. *Historicæ* 7. *sermone Ibid.* 15. *obambulandi* 17. *permissum* 22. *Atq. in Panegyrica instauratione* 24. *capescenda* 25 *I. Chalasii* 27. pater aliquis 39. *sua* 40. *satagerunt. nostri* 42. Poeticam 58. *Bononiensis*, 75. *Spectare* 78. *meminit eius* 79. *delineationem: Episcopi* 100. lechis finit 112. Scripsi, *Cap. XIX.* 112. agnoscitque 116 *Cap. XX.* 131. *Cap. XXI & sic porro seruata numeri serie vsque ad finem* 1 8. 185. *Ancisa* 186. *seponeret. autem* 193. *itinerariũ* 246. *interpretamenta literatorum amicorum*, 254. *atque etymologiis*.